

VI.

INCIPIT

DE INPROPRIIS.

EDOLARE fabrorum est verum verbum, cum materiarum 10
conplanatur asperitas. usi sunt eo laudandi scriptores vetu-
statis etiam ad alias fabricas rerum. Varro Bimarco (59):
'cum Quintipor Clodius tot comoedias sine ulla fecerit
musa, ego unum libellum non "edolem", ut ait Ennius'?
(inc. xxxii.)

SVLCVS omne, quidquid in longitudinem aculeatum 15
est, dici potest veterum auctoritate doctorum. Varro
Bimarco (54):

ét pater divûm trisulcum fûlmen igni fêrvido actum
mîttit in tholûm macelli.

Vergilius Aen. lib. II (475):

et linguis micat ore trisulcis.

20

PAENVLAM abusive *ad* omne quidquid tegit nobilissimi
veteres transtulerunt. Varro Manio (267): 'et cum
corrigia disrupta sonat aridum, relicum pedem paenula
scortea pertegere'.

448. 8—456. 10.

8—9 *om. DA* || 9 INPROBIS *CA* || 10 verum *del. Mu.* ||
13 dolius *CA DA* || 13—14 f. musa *Iun.*: fecerimus || 15 longi-
tudinem *L¹ CA ut vid.*: -ne *A⁴ BA DA* || 17 fervido *Σ, ed. princ.*:
fruido || 20 ora *A⁴ CA DA* || 21 ad *add. Ritsch. Parerg. 453* ||
22 ut cum (?) *Mu.* || 23 dir. sonat a. r. *Quich.*: disruptas (disr.)
tonat har. (ar.) r.: disruptast, enatare cum reliqua *Bue.* || pedem
Iun.: pede (*om. A⁴*) || protegere *Popma.*

VITREVM pertenuē et perlucidum, quidquid est, aucto-
ritate veterum dici potest. Varro Modio (313): 'quamst
horum, *quorum* vitreae togae ostentant tunicae clavos'.

TELA etiam lapides dici posse auctoritas docuit et
omnia quaequae iaciuntur. Sisenna Hist. || lib. III (23):
'manualis lapides dispertit, propterea quod is ager omnis
eiusmodi telis indigebat'.

SILENTIVM FIERI consuetudine sumptum est. Sisenna
de contrario Hist. lib. IV oriri (121): [de contrario]
'silentium oritur'.

CAECVM non solum oculis captum, sed et insidiosum
et occulte malum et tacitum vel latens quid dicendum
veteres aestimaverunt. Sisenna Hist. lib. IV (104): 'subito
mare persubhorrescere caecosque fluctus in se provolvere
leniter ocepit'. — Vergilius Aen. lib. VI (30):

caeca regens filo vestigia.

LABRA non hominum solum, sed et margines vel fines
dici posse auctoritas persuadet. nam et labruscam
genus esse erraticae vitis volunt, quae in saepibus et in
labris agrorum et in terminis nascitur; ut Vergilius in
Bucolicis (V, 7):

silvestris raris sparsit labrusca racemis.

448. 8 — 456. 10.

24 Vit. quidq. est pert. et perluc. (?) Mu. || 25—26 cf.
536. 32 (s. v. tunica) || quam storum *codd. utrobique* || 26 quorum
om. *codd. h. l.* || bitae (-te) (bitea *C^A D^A*) estote ostenant
(-neant *G¹*) unice clavos *codd. h. l.* || 27 dici esse posse *C^A D^A* ||
2 teliis *L¹* || 3 null. lemm. *LA^A* || 3—4 sis. de contrario
LA^A B^A C^A ut vid. || de contrario Sis. Hist. lib. III, sil. or.
Mu. || 7—8 (prov.) cf. 423. 8 (s. v. horrendum et horridum) ||
8 subhorre *codd. 422* || I *L* ante corr.: V *A^A* || 12—13
quod — nascatur Mu. || 13—14 ut — rac. del. (?) Mu. || cf.
211. 23.

Sisenna Hist. lib. IV (103): 'innoxios trementibus 15
artubus repente extrahis atque in labro summo fluminis
caelo albente'. Vergilius lib. VIII (22):

sicut aquae tremulum labris ubi lumen aenis.

INTERFICI et OCCIDI et inanimalia posse veteres vehe-
menti auctoritate posuerunt. Plautus in Menaechmis (512): 20
occisa est haec res.

Lucilius (inc. 92):

durum, molle voras, fragmenta interfici' panis.

Vergilius Georg. lib. IV (330):

fer stabulis inimicum ignem atque interface messes. 25

Sallustius Hist. lib. II (96): 'multique conneatus
interierant insidiis latronum'. — Plautus Mercatore (832):

usus mihi harunc aedium
interemtus, interfectus est.

Lucilius (inc. 93):

30

intereunt, labuntur, eunt vestra omnia vorsum.

M. Tullius Oiconomico (12): 'nullo modo facilius
arbitror || posse neque herbas arescere et interfici neque 1
terram ab sole perquoqui'. — idem ad Hirtium lib.
IX (4): 'dicis quasi istuc intereat. nescio; nisi tamen

448. 8—456. 10.

15 innoxos: *corr. Ald.* || 16 repetente *B⁴*: repentēs *Quich.* ||
extrahit *Iun.*: trahis (?) *Mu.* || summi (-nio, *fort.* -mi) *B⁴* ||
17 alvente: *corr. Ald.* || VII || 19 et occ. *del.* (?) *Mu.* || et in.
inani (sic) *C^A D⁴* || vet. posse: *corr. Mu.* || 23 vorans (-ras) *Mu.* ||
interficit: (*corr. G¹ ut vid.*) || 24—25 *cf.* 330. 26 || 25 fers
C^A D⁴ || 28 usus fructus victus cultus iam mihi *Pl.*: mihi
harum || 29 interemtust *codd. Pl.*: interitus (-tum *C^A D⁴*) ||
interfectust *Pl.* || 31 intereunti l.: *corr. Ald.* || euntur om.:
*correx*i: eunt rursum *I. Dousa* || 1 arisceret interf. *L¹* || 3 dices,
quaeso *Nobb.*, istuc tua *Mu.*, intererat *ed. princ.*

erat mihi iocundum; sed veritus nequi casus perimeret
5 superioris'.

GANNIRE cum sit proprie canum (Varro [Men. Sat. 3;
cf. L. L. fr. 3] asinos rudere, canes gannire, pullos pipare
dixit; et Lucretius lib. V [1070]:

alio pacto gannitu vocis adulent),

etiam humanam vocem nonnulli gannitum vocaverunt.
10 Afranius Prosa (283):

gannire ad aurem nūquam didici.

Lucilius lib. VII (29):

eodem

pacto 'oggannis.

15 DOTATAM non a dote dici, sed ab omni qualibet copia
Cicero de Oratore lib. I auctor est (234): 'cuius artem
cum indotatam esse [et incommitatam] et incomtam videres,
verborum eam dote locupletasti et ornasti'.

PVTIDVM et sensibus et auribus probari Cicero de
20 Oratore lib. III scribit (51): 'quoniam haec satis spero
vobis quidem certe maioribus natu inhonesta et putida videri'.

CINCINNOS ac FVCVM, quod est alibi coloris, etiam non
talium rerum Tullio auctore dicimus, de Oratore lib.

448. 8 — 456. 10.

4 severitus nequi (neque *A*⁴) *L A*⁴ *B*⁴: severitudine qui
*CA D*⁴: corr. marg. *Iun.* || casus *Iun.*: casum (fort. ex voce sum
in *mg. archetypi add.*) || 5 sup. * * * *Mu.* || 6 Garrire: corr. *A*⁴ ||
7 garrire: corr. *A*⁴ || 8 (ga.—ad.) cf. 17. 6 || cannitu *L C*⁴ *D*⁴
ut vid.: cannit (canit) *codd.* 17 || voces *codd. h. l.*: (corr. *H*²) ||
adulant *Lucr.* || 10 Rosa *Ald.*: Persa *ed. princ.* || 14 pactolo-
gannis: corr. *I. Dousa* || 15 do. tantum di. *Mu.* || 17 et in-
comptam *om.* *L*¹: et comptam (comp.) *C*⁴: et comtam *D*⁴ ||
videris: corr. *H*³ || 19 P. ut naribus ita au. *Mu.* || 21 certa
*C*⁴ *D*⁴ || natum inho. *L*¹: na. molesta *Cic.* || 22 Cinnos: corr.
Quich. || aliud: correxi || quom sit * * * aliud *Mu.* || 23 dis-
cimus *B*⁴: didicimus *C*⁴ *D*⁴.

III (100): 'atque eo citius in oratoris aut poetae cinnis ac fuco offenditur'.

ABDICARE non solum de patris facto potest dici, quod 23 est familia abicere, sed rem quamlibet negare. Pacuvius Atalanta (55):

mórtem ostentant, régno expellunt, cónsanguineam esse ábdicant.

EQVISONES non equorum tantum moderatores aut magistros, sed omnis quibus regimen || conceditur cuiuslibet 1 rei dici posse veteres probaverunt. Varro Marcipore (276): 'hic in ambivio navem conscendimus palustrem, quam nautici equisones per viam quam ducerent loro'.

MERIDIEM mediam diei partem omnes putant solum 6 esse dicendam, cum et noctis et aetatis partem doctorum auctoritas dixerit. Varro Marcipore (269):

repénte noctis círciter merídie,
cum píctus aer férvidis late ígnibus
caelí chorean ástricen osténderet.

10

nos in Epistulis quae inscribuntur a Doctrinis de Peregrinando: 'exvigila igitur aliquando et moracium cogitationum, priusquam aetas in meridie est, torpedinem pelle'.

448. 8 — 456. 10.

24 oratore || aut in p. *codd. Cic.* || cinnis || 26 est e f. *Mu.* || abigere(?) *Mu.* || 3 plautrem: *corr. A⁴ ut vid.* (palustrem *H¹*, palstrem *E¹ P*) || 3 (quam) — 4 *cf. 106. 1* || 4 viam] ulvam *Bue.* || qua *codd. 106:* quum *Scal. catal. p. 242* || loco *codd. h. l.:* lora *codd. 106:* *corr. Iun.* || 6 c. e. n. et eam temporis partem: *cor-rexi:* c. e. n. et aetatis eam temporis partem *Mu.* || 8 repente *B⁴* || 10 c. orean astrice o.: *corr. Roth.* || ostenderent (-runt *C⁴ D⁴*): *corr. Iun.* || 11 — 12 de per. a doct. *Mu.* || 12 et vigilia: evigila *Gifan.* || fort. et vigila || moratium *C⁴ D⁴:* morantium *ed. princ.* || 13 mer. et: *corr. Iun. in Erratis* || torpidinem (-pitudinem *B⁴*): *corr. ed. a. 1476:* turpidinem(?) *Mu.* || pelle *Iun. in Erratis:* pellere *L¹:* -ret *rell. (seq. red).*

RAEDAM pro curtu Varro Marci pore (284):

15 dixe
régí Medeam ádvectam per áera in reda ánguibus.

FASCEAM pro cortice Varro Gerontodidascales (182):
in quibus Libýssa citrus fasciis cingit forem.

LIBRYM pro cortice Vergilius Georg. lib. II (77):
20 udoque docent inolescere libro.

VISCVM positum pro rete, a tenacitate. Varro Parmenone (385):

lepúsculi tíméntis hoc quadrángulum
dedit Diana réte nexile, árcyas,
viscúm fugai líneamque cónpedam.

25 CALCAR pro impetu Varro Sesqueulixe (472):
véntu' búccás
véhémentiu' súffláre et cálcár ádmovéré.

EBRIOS et IEIVNOS non vinulentos aut sine cibo, sed expletos qualibet re possumus dicere. Varro Eumenidibus (144): 'et ceteri scolastici saturis auribus || scholica dape atque ebriis sophisticæ aperantologia [consurgia] consurgimus, ieiunis oculis'.

448. 8 — 456. 10.

15 dixi *DA*: dixerunt *Mu.* || 16 pro aera *CA DA* || redam: *corr. ed. a. 1476* || advectam *post red. Mu.* || 17—18 *cf. 86. 7 (s. v. citrus)* || 18 citrus *codd. 86*: cratury (-ri) (-rus *AA ut vid.*) || faciis *L¹* || frontem *AA*: fores *codd. 86* || 19 *null. lemm. L* || 19—20 *cf. 62. 24* || 21 tenuacitate *DA* || 21—24 *cf. 28. 9 (s. v. conpedes)* || 23 *fort. Dianai (dat. casu)* || 23—24 archias viscum *codd. 28*: araviscum *DA*: braviscum *CA*: ataviscum *LA⁴ BA⁴* || 24 fugai *Me.*: fuge *codd. h. l.*: fugam *codd. 28* || 26 ventus succasu *ve.*: *corr. Ries.*: ven. sub occasum veh. *Lips.* || 28 Ebrius: *corr. BA* || et ticinius (-tinus *CA DA*): *corr. H⁵* || non solum vin. *Mu.* || sino civo: (*corr. H²*) || 29 expl. aut destitutos qu. *Mu.* || 1 ceteris sc. *CA DA* || scolasticis auris auribus: *corr. Roth.* || 2 atque *Iun.*: aqua || sophisticæ *Bue.*: festicae (-ce) || 2—3 consurgia consurgimur *CA*: consurgia ac consurgimur *DA* || consurgia *del. Iun.* || 3 c. set ie. *Mu.*

GIBBERVM, pro extanti et eminenti. Varro Eumenidibus (156): 'item tragici prodeunt cum capite gibbero, 5 cum antiqua lege ad frontem superficies † accedebat'.

TORRERE non solum ignis, sed etiam frigus potest auctoritate. Varro Eumenidibus (161): 'capite aperto esse iubet, ante lucem suscitatur, frigore torret, venatum eicit, ieiunio vellicat'. — cuius auctoritatis gravitatem 10 secutus Maro a vero non aberravit Georgicon lib. I (93):

aut Boreae penetrabile frigus adurat.

AEDIFICANDI manifesta est significatio. ab eo tractum est ut quaequae fabricantur qualibet opera aedificari dicantur. Vergilius Aen. lib. II (15): 15

instar montis eum divina Palladis arte aedificant.

SQUALERE non sordium plenum esse tantummodo, ut nunc consuetudine persuasum est, sed et honesta re abundare et refertum esse veteres honesta auctoritate posuerunt; 20 ducique hanc significantiam a squamis putant. ut enim est in corporibus sordium alta congeries, qua squalere dicuntur, ita quod fuerit qualibet re densatum, oneratum inculcatumque squalere voluerunt. Vergilius lib. X (314): et tunicam squalentem auro. 25

448. 8 — 456. 10.

5 item—8 Eum. om. *CA DA* (propter homoeotel.) || 5 cum om. *Ald.* || libero *LB A* || 6 -bat *LB A*: -bant *AA* || superficies accedat (?) *Bue.*: superficies succedant *Mu.* || fort. superfigia || 7—8 p. dici auct. (?) *Mu.* || 8 Varronis *Ald.* || cf. 236. 24 (s. v. apertum) || aperto *LA A* || 10 eicit *LB A*: eiecit *AA CA DA* || vellicem: *correx*: vellicum (i. e. vilicum) *Oehler.*, *Mu.* || ie. vexat v. *Mu.* || quivis auct. *L*¹ || 13 ab ea *Mu.* || 15 III (seq. i) || 19 sed et *AA*: sed *BA*: om. *LC A DA* || 20 honesta *del. Mu.* || 22—23 quae (qua *H*³) sq. dic. ante sord. *transp. Mu.* || 24—25 cf. 319. 25; 404. 13 || 24 XI *codd. h. l.* || 25 per t. *BA* cum *Verg.* (etiam *codd. 319, 404*).

Accius Pelopidis (517):

ei^{us} serpentis squāmae squalido aūro et purpurā praetextae.

- TRANSGRESSVS a pedum gradu proprie dicitur; sed auctoritas vetustatis liberiores loquendi usum dedit; ut
 30 Sallustius Historiarum lib. I et de his qui navigassent et
 1 de ipsis navibus, eo verbo uti || voluit, in quibus gradus non sit. de Sertorio (104): 'nactus obscuram noctem aestu secundo *furtim aut celeritate vitare proelium in transgressu conatus est*'. — ac inde infra (105): 'trans-
 5 gressos omnis recipit mons praeceptus a Lusitanis'. — alibi de scaphis (98): 'earum aliae paulum progressae nimio *simul et* incerto onere, cum pavor corpora agitaverat, deprimebantur'. — Lucretius (IV, 528):

praeterea radit vox fauces saepe facitque
 asperiora foras gradiens arteria clamor.

- BIBERE recte dici † ea omnia quae haustus habent, ut
 10 animalia et terrae. ut Vergilius in Bucolicis (III, 111):
 sat prata biberunt.

verum auctoritate litterata etiam arida ac sicca et quibus haustus non sint bibere positum invenimus. Vergilius lib. XI (803):

- hasta sub exsertam donec perlata papillam
 15 haesit virgineumque alte bibit acta cruorem.

448. 8 — 456. 10.

27 squamae *Gell. II, 6. 25*: squama || praetextae (pert.?) *Gell.*: textae || 1—2 in q. g. n. s. *post* navibus *transp. Mu.* || 2 desertio: *corr. H^s*: ut de Sert. (?) *Mu.* || 3 aestus *A⁴ (seq. s)* || 3—4 furtim—conatus *Gell. X, 26*: *om.* || 4 ac deinde infra *Mu. (ex Gell.)*: ac inde quin (*seq. tra*) || 5 praeceptus *L¹ A⁴*: -pturus *rell.* || lutanis *L¹* || 6 paululum *codd. Gell.* || progr. nim. sim. et inc. on. *Gell.*: nimio progressae inter cum sicco onere: *fort. item cum* || tum pav. *C⁴ D⁴* || 7 radit *Lucr.*: pavit || vos *B⁴* || fau. sae. (*seq. facitque*) *om.* || 8 asperiora *Lucr.*: aspera || 9 dicta o. *Mu.*: *fort. dicimus ea o.* || 10 (ut *om. E¹*) || 13 sint *Mu.*: sit || 14 exerta (*exserata L¹*).

LIBIDINEM et appetitum vel aemulationem etiam honestae rei possumus dicere, ut sit libido omne quod libuerit. Sallustius in Catilinae bello (7, 4): 'magisque in decoris armis et militaribus equis quam in scortis atque conviviis lubidinem habebant'.

vsv, id est utendo. unde et usurpare dictum est 20 optinere quidquam † possit. veteres usu perire, hoc est non utendo, aliquid posse. Plautus Amphitryone (845):

Amphitryo es profecto. cave sis né tu te usu perdis.

FURTVM etiam non ablata res, sed omne quidquid occulte geritur auctoritate veterum dici potest. Vergilius Georg. 25 lib. IV (346):

Vulcani Martisque dolos et dulcia furti.

Plautus Amphitryone (fr. ix):

mánifestum hunc optórto collo téneo furem flágití.

INGREDI, non solum, ut est manifesta eius || verbi 1 significatio, sed et venire ac se ostendere auctoritate Plauti possumus dicere in Amphitryone (fr. viii):

nílne te pudét, sceleste, pópuli in conspectum íngredi?

OBSEQVIA non solum minorem maioribus exhibere, sed 5 et minoribus per vicem veterum excellens auctoritas voluit.

Plautus Asinaria (76):

ego sane cupio obsequi gnato meo.

448. 8 — 456. 10.

16 et *del. Quich.* || 20—21 est, hoc est usu opt. *Mu.* || 21 Opt. (nov. lemm.) *L* (cum *Montepess.*) || quid quamquam *Mu.* || possessione *Me.*: posuit (vetustas) *Ald.*: *del. Quich.* || perire post ut. *transp. Mu.* || 22 pösse putaverunt. *Pl. Goetz.*: fort. posuerunt. *Pl.* || 23 Amphitryo es *Pl.*: est (om. *Am.*) || 24 ablatas: *corr. H³* || 25 ueteres *L¹* || 25—26 cf. 310. 9 || 27 furti fl. *Goetz.* || 1 non] in (*praec. i*) *C⁴ D⁴* || n. s. intrare, ut *Quich.* || 4 scelesta *Me.* || 5 minora *C⁴ D⁴*: minores *H³* (*H²?*) || 6 et maiores min. *Mu.* || 8 c. id obs. *Mu.* || et id ego percupio obsequi gnato meo *codd. Pl.*

VERSUTOS non solum ad malitiam callidos, verum et recte
 10 peritos intellegi posse Plautus informat in *Asinaria* (119):
 nec mági' versutus néc quo *ab* caveas aégrius;
 eidem homini versuto, siquid recte curatum velis,
 mandés.

DEVORARI non solum cibus gutture, sed et vox auribus
 15 potest. Plautus in *Asinaria* (649):
 auscúltate atque operám date et mea dícta devoráte.

et in *Aulularia* (537):
 nimiúm libenter édi sermoném tuum.

BICIPITEM quod incorporatum est posse dici Varro de
 20 *Vita Populi Romani* lib. IV aperuit: 'in spem adducebat
 non plus soluturos quam vellent; iniquus equestri ordini
 iudicia tradidit ac bicipitem civitatem fecit, discordiarum
 civilium fontem'.

DEFAECATA omnia pura et inturbata et sine sordibus possu-
 mus dicere, ut vinum sine faecibus. Plautus in *Aulularia* (79):
 25 nunc défaecato démum animo egrediór domo.

MALITIAM veteres, ut dolum, mediam ponendam esse
 duxerunt, quasi sit et bona. Plautus in *Aulularia* (215):
 céрто edepol equidém te civem síne mala omni málitia;
 adeo ut inprobo praeposuerit malum, quod levius putatur,
 30 in eadem (213):

1 "quid factis?" — || "néque malis neque inprobis".

448. 8 — 456. 10.

9 recti *Mu.* || 11 versutum || *ab om.* || 12 idem || *vers. om. Pl.* || 16 me *L¹ C^A D^A* || devorante *L¹ C^A D^A* || 19 Bicipite *Mu.* || 20 apparuit *L¹* || *spe: corr. ed. a. 1476* || 21 vellem *B^A* || v. senatui in. *Popma, Stadius* || iniquius *B^A*; iniquius *L ante corr.* || 23 Defecta *L¹* || 26 medium: *corr. Quich.* || 28 acerto (*praec. a*): certe *codd. Pl.* || 29 inprobum: *corr. Mu.* || propo-
 suerit: (*corr. H² ut vid.*) || malo: *corr. Mu.* || ut improbum post-
 posuerit malo *Quich.* || putaretur *Mu.*

BELVAM indifferenter posuit auctoritas veterum.

Plautus Aulularia (561):

quó quidem agno sáť scio
magi' cúriosam númquam esse ullam béluam.

5

Cum sit grocire corvorum, Plautus in Aulularia
CANTARE eos dixit (624):

nón temere est quod córvus cantat míhi nunc ab laevá manu.

ROSTRVM hominis dici non debere consuetudo praesumpsit.
set apud Plautum in Menaechmis positum sic (89):

10

aput ménsam plenam hóminis rostrum déligis.

Novius Paedio (67):

nec úmquam
vidit rostrum in tragoédia tantúm Titi . . .

Lucilius Satyrarum lib. V (49):

15

ne designati rostrum praetori' pedesque
spectes.

idem lib. IX (74):

arripio et rostrum labeasque huic zopyriatim
percutio dentesque advorsos discutio omnis.

20

Varro Periplus lib. II, περί φιλοσοφίας (419): 'itaque
videas barbato rostro illum commentari et unumquodque

448. 8 — 456. 10.

3—4 aululariam quo *L*¹*CA DA*: aulularia in quo *AA BA*:
corr. Me. || 4 agnoscat || 5 nusquam *Pl.* || ad belua ma. *DA* ||
9 non *om.* *AA* || 10 set (*praec. sit*) *add. Mu.* || 11 homini
codd. Pl. || deliges *Pl.* || 12 Novius *Me.*: nonbis || 14 vidi *Ribb.*,
Mu. || in *om.* || r. ego in tr. *Mu.* || titus *CA ut vid. DA (seq.*
Lucilius): an Tityus? || 16 praetores (*pret.*): *corr. BA* || pedesve (?)
Mu. || 19 labeatque *L* (-ad- *L*¹) *AA BA*: libeatque *CA DA*:
corr. Bentin. || huic *Westerhovius*, zopyriatim *Varges.*: hoc zefe-
riat in || 22 inlum *L*¹.

455. 456 M.

verbum statera auraria pendere'. — idem Serrano, *περί ἀρχαίρεσιων* (455):

rostrum inprótrudentum incésserent.

- 25 FATVM, sicuti communiter intellegitur, significantiam decreti habet; e doctis tamen indagationibus invenimus positum esse pro voluntate.

Vergilius lib. VII (293):

- heu stirpem invisam et fatis contraria nostris
30 fata Phrygum!

nec enim Iuno aut quisquam deorum fatum habet, quod ipsi faciunt. et in eodem (Aen. VII, 50):

filius huic fato divum prolesque virilis
nulla.

- 35 et in alio (Aen. IV, 614):

et sic fata Iovis poseunt, hic terminus haeret.

RICTVM ferarum dici volunt, cum Titinius auctor sit etiam hominis dici debere (172):

cave! ||

- 1 expórge frontem; hábeat semper fácito rictus.

item Pomponius Prostibulo (156):

quís hic est? quam ob rem hic próstat? rictum et lábeas cum consídero.

448. 8 — 456. 10.

24 ne nos (?) rostr. inprudendum incesseret *Mu.* || inprotrudentum *A4*: -dum *rell.*: protrudendo *Iun.* || cesserent: *corr. Iun.* || 25 Factum *A4* || 26 habet e *A4* ut *vid.*: habet a *B4 C4 D4*: habita *L1* || indagationis *A4*: -nes *rell.*: *corr. Mu.*: (indagantes *H2*): -ne *Roth.* || invenimur *C4 D4* || 28—30 *cf. 226. 29; 303. 32* || 32—34 *cf. 303. 35* || 33 viris *D4* || 37 fer. tantum (?) di. *Mu.* || 38 decere (?) *Mu.* || 39—1 *cf. 221. 19* || cáleve, exp. *Quich.* || 1 excorde *codd. h. l.* || labeat *codd. h. l.*: labea *Ribb.* || facto *codd. utrobique*: *corr. Iun.* || ric. rideat *pars codd. 221.*

Lucilius Satyrarum lib. III (49):

5

malas tollimu' nos atque utimur rictu.

Varro Papia Papae, *περὶ ἑγκωμίων* (375): 'ante auris modo ex subolibus parvuli intorti demittebantur sex cincinni; oculis suppaetulis nigelli pupuli quam hilaritatem significantes animi rictus parvissimus, ut refrenato risu roseo'. 10

STVPRVM quod cum viduis committitur, hoc solum dici putant; veteres pro adulterio et vitio ponunt. Plautus Amphitryone (883):

stuprī, dedecoris á viro argutám meo.

Sallustius Hist. lib. III (98): 'ac statim fugitivi contra praeceptum ducis rapere ad stuprum virgines matronasque'. 15

THENSAVRVM etiam copiam pessimae rei dici posse Plautus voluit in Amphitryone (fr. x):

quí domi uxorém meam
inpudicitia impedit, téneo thensaurúm stupri.

COMPOTEM in bonam partem solum accipi putatur, cum 20
et in malam positum sit. Plautus Epidico (559):

"cédo manum". — "accipe aérumnarum et miseriarum
cómpotem".

Naevius Danae (5):

eam núnc esse inventám probris
cómpotem scis.

25

448. 8 — 456. 10.

6 utimus *Rutgers.* || 7—10 *metrice discr. Scal., Mu.* || 8 nodo *Scal.* || subolibus] *crobyli Gifan., bis Mu.: fort. exsoluti* || dim.: *corr. Lips.* || 9 oculi suppaetuli *Palmerius* || nigellis: *corr. Ries.* || populi: *corr. Ribb.: pupulis Palmerius* || quam] *aliquam Gifan. (praec. -uli): quandam Scal.: liquidam Bue.: quantam Ries.* || 11 quod — conm. *post put. colloc. Mu.* || 12 vet. et pro *Mu.* || 13 argutam m. *Pl.:* -ta m. || 17—19 (inpe.) *cf. 331. 14* || 19 impediunt *C⁴* || 20 bonam om. *C⁴* || 21 mala *L A⁴ C⁴:* malo *B⁴:* *corr. ed. princ.* || 22 aerumnosam *codd. Pl.* || 24 propriis *L¹:* -riis *rell.: corr. Ribb. de trag. Lat. 53 post Me.* || eam n. p. s. es. i. c. *Mu.*



viva posse dici ea quae neque anima nec spiritu
moveantur Vergilius auctor est Aen. lib. I (167):

intus aquae dulcis vivoque sedilia saxo,
Nympharum domus.

30 INDOLEM adulescentium tantum consuetudo dicit, quasi
novae subolis. indoles autem est crementum. veteres
autem senum dixerunt. Plautus in Milite (631):

1 si albet capillus, hic videtur neutiquam || ab ingenio senex,
ínest in hoc emússitata súa sibi ingenua índoles.

ALACRITATEM in malis habendam Cicero Tusculanarum
ostendit lib. V (48): 'vir igitur temperatus, constans,
5 sine metu, sine aegritudine, sine alacritate ulla, lubricine
non vexatus'.

CATVLI von solum canum diminutive, verum omnium
animalium appellantur. Vergilius Georg. lib. III (245):
tempore non alio catulorum oblita leaena.

et alio loco de serpentibus (Georg. III, 437):

10 cum positis novus exuviis nitidusque iuventa
volvitur aut catulos tectis aut ova relinquens.

Plautus Truculento (268):

iam hércle ego hic te, múlter, quasi sus cáculos, pedibus
próteram.

Lucretius lib. V (1036):

15 at catuli pantherarum scymnique leonum.

26—28 Viva—saxo; 30—31 Ind.—crem.; 6—11 Cat.—rel.

26 d. et ea *Mu.* || 28 vivo sed. (*om. que*) *C⁴ D⁴* || 31 suboles
A⁴ C⁴; subs *L¹*: subsole *B⁴* || ind.—crem. *secl. Guetus* || 32 aut.
et sen. *Mu.* || 1 albicapillus *Pl.* || ab ingenio senes: ibi ingenio
senex *codd. Pl.*: ab ingenios senex *docti ap. Plaut.* || 2 *cf. 9. 8* ||
emeus si aetas sua *codd. h. l.* || 4 lib. V *om. (inter -t v-)*: *add.*
Quich. ante ost. || 5 s. al., nulla lib. *Saupp.*: s. al. ulla, sine
lib. *codd. Cic.* || non vex.] nonne beatus *codd. Cic.* || 6 can.
fetus(?) *Mu.* || 9 serpente *Quich.* || 10—11 (vo.) *cf. 458. 8* ||
13 poteram *L* || 15 ychimnique.

Lucilius Satyrarum lib. IV (37):

concursaret agros; catulos fetumque ferarum.

idem lib. VII (23):

iratae ad catulos accedere inultum.

CONPRESSVS cum virgine admissus dicitur. Plautus in 20
Truculento etiam coitum cum meretrice compressum
dici vult (497):

nunc ad amicam decimo mense post Athenas Atticas
viso, quam gravidam hic reliqui meo compressu, quid ea agat.

OPIFICEM non ex opere posse dici Cicero Tusculanarum
lib. V auctor est (34): 'advena quidam et ignobilis 25
verborum opifex insinuasse in antiquam philosophiam
videtur'.

SEMINA pro vergultis vel malleolis vel surculis dici posse
auctoritatem Vergilius dedit in Georg. lib. II (354):

seminibus positis superest deducere terram
saepius ad capita et duros iactare || bidentis. 1

SVMEN proprie a sugendo dictum; nam et mulieris
mammam sumen veteres dici volunt. Lucilius Satyrarum
lib. IV (38):

2—6 Sumen—sidat.

17 (concussaret *Paris.* 7666): concursare et *Mu.* || apros
Scal. || ferat: *corr. Pius:* ferai *Mu.* || 19 rate (*praec.* I): *cor-*
rexi post Quich.: pantherai vel ferai *Mu.*: rete *I. Doussa* ||
accederet: (*corr. E*¹) || 20 Con. coitus cum *Mu.* || in *om. CA* || 21 mele-
tricem: *corr. B^A* || compressus (*compr.*): *corr. ed. a. 1476* || 22 ad
om. codd. Pl. || decimi *CA* || post *Ath. Atticas Pl.:* athenas attis
eas (-istear *CA*) || 23 hic *om. codd. Pl.* || quid *codd. Pl.:* quod ||
24 non solum ex *Quich.* || ope: *corr. ed. a. 1476* || (O. non ex
ope sed ex opere d. *index marg. in B^A*) || dici posse *CA* ||
26 ins. se in *codd. Cic.* || 29 did. *pars codd. Verg.* || 2 proprietates
urguendo *L*¹.

quodsi nulla potest mulier tam corpore duro
 5 esse, tamen tenero maneatque † sucus lacerto,
 et manus † uberi lactanti in sumine sidat.

EXUVIAS et SPOLIA non solum hominum tegmina aut
 vestes dici posse Vergilius auctor est in Georg. lib. III,
 dicens de serpente (437):

cum positis novus exuviis nitidusque iuventa
 10 volvitur.

Accius Bacchis (256):

. . tunc pecudum exúvias laevo píctas lateri accómodant.

Lucretius (IV, 61):

nam saepe videmus
 15 illorum spoliis vepres volitantibus auctas.

DIVORTIA non coniugii dici distractionem solum, sed
 etiam omnium inflexionem, quae a recto detorquentur,
 Vergilius auctor est lib. IX (379):

. obiciunt equites sese ad divortia nota
 20 huc illuc.

VIRGINES non solum feminae dicuntur, verum etiam
 pueri investes; nam et quicumque ex ephebis excesserant,
 devirginari dicebantur. Varro περί ἐξαγωγῆς (409):

2—6 Sumen—sidat; 16—19 Div.—nota.

4 quodsin ulla *Mu.* || 5 tenere *C⁴ D⁴* || maneat suc(c)usque
A⁴: manat quoi sucus *Mu.* || fort. tenerum maneatque exu^a
 lacertum || 6 ei *Mu.* || minus *Palmer.* (*Hermathena XXII*, 406) ||
 ubertim *Mu.*: fort. uberius || 7 hom. sed omnium animalium
 teg. (?) *Mu.* || 8—10 cf. 457. 9 || 8 II *codd. h. l.* || 11—12 cf.
 244. 20 (s. v. accommodatum) || 12 pecudum *codd. h. l.*: silvestres
codd. 244: silvestrium *On.*: -strum *Ribb.* || 13—15 cf. 231. 17 ||
 15 vere *codd. h. l.* || 16 coniugia *L* || dici om.: add. *Quich.* ante
 sed || 17 inflexionum: corr. *Mu.* || 18—19 cf. 290. 23 || 20 hinc
 atque hinc *codd. Verg.* || 22 ephebiis *Stowasser.* (*Arch. Lat.*
Lex. I, 441) || excesserat: corr. *ed. a. 1476* || 23 -batur (?) *Mu.*

‘quam sympathian lumbi ad oculos haberent, quid magnum interesset, puerum utrum essem devirginatum usus an 25 *μονοξέως* ac puros, dum cogito’.

ENIXAS non in partu solum possumus dicere, sed etiam omni labore exercitas auctore Vergilio Aeneidos lib. III (326):

stirpis Achilleae fastus iuvenemque superbum
servitio enixae tulimus.

PRANSI non solum qui pranderint dicuntur, sed etiam 30 quibus nihil desit. Varro Flaxtabulis, || *περὶ ἐπαρχιῶν* (175): 1
‘quare, o Marce, pransum ac paratum esse[t] hoc minumo oportet’.

os rostrum vel faciem hominum tantum dici putant; ut de rostro Vergilius lib. IX (442):

donec Rutuli clamantis in ore
condidit advorso;

5

[sed] de facie idem Aeneidos lib. I (589):

os umerosque deo similis;

cum auctoritate veterum et pecudum et ferarum dici possit.

Vergilius lib. XII (373):

10

ora citatorum dextra detorsit equorum.

et de leone lib. XII idem (8):

inpavidus frangit telum et fremit ore cruento.

24 fort. s. ni l. || lumbi ad *Lipsius*: lubiat || magnum *Iun.*:
imagnum *CA*: imaginum *LB*: imaginem *AA* ut vid.: inguinum
Lipsius || 25 puerum u. *Iun.*: puer u.: u. puerum *Bue.* || esse:
corr. Popma: esset *Iun.* || fort. visurus || monuce *ως* ac (*ωςας*):
correx: *μονοξεως* *Oehler.* || purus: puros putos *Mu.*: pueras
Stowasser. || coito *Stowasser.* || 27 exercitus *CA*: -tos *LA* *B*:
corr. ed. a. 1476 || 28 (iuv.)—29 cf. 297. 12; 405. 22; 407. 14 ||
28 iuvenemque *AA* || 30 pranderent: *corr. Guetus* || 2 minime
LA *B* || esse hominem o. *Lips.*: esse te, hoc minime o. *Roth.*:
vix esse te omnium o. || 6 contendit || 7 sed de f. *AA*: de f. *L* *B*:
sed f. *CA* || 7—8 cf. 440. 19 || 10—11 cf. 440. 20 || 12—13 post
v. 17: huc transp. *Quich.* || 12 lib. XII idem secl. *Mu.*

- os etiam alicuius rei et omne patens accipi potest.
 15 Vergilius Georg. lib. III (453):

quam siquis ferro potuit rescindere summum
 ulceris os.

idem lib. II (Aen. 482):

et ingentem lato dedit ore fenestram.

- 20 M. Tullius de suppliciis, in Verrem (II, v, 30): 'nam
 in ipso aditu atque ore portus'.

DORSA et TERGORA hominum vel aliorum animantium
 dici tantum consuetudo putat, cum et aquarum dici possint.

Vergilius in Georg. lib. III (361):

- 25 undaque iam tergo ferratos sustinet orbes.

et in Aeneidos lib. I (110):

dorsum inmane mari summo.

- Omne castum et incorruptum veteres sub VIRGINIS
 vocabulo appellaverunt. Cicero in Oratore (64): 'philo-
 30 sophia casta, verecunda, virgo incorrupta'.

NIDOS non solum domicilia avium, sed et fetus earum
 Vergilio auctore dicere possumus, in Georg. lib. IV (16):

ipsaeque volantis

ore ferunt dulcem nidis inmitibus escam.

- 35 IMBRES consuetudo agmen caelestium aquarum et plu-
 viarum induxit solum dici, cum auctoritas variet. Vergilius
 omnium aquarum dixit in Georg. lib. IV (114):

ipse feracis

- 1 figat humo plantas || et amicos inriget imbres.

31 — 34 Nidos — escam.

14 Os e. ora alic. *Mu.* || 15—17 cf. 434. 2 || 17 post hunc
v. stant vv. 12—13 || 20—21 cf. 237. 42 || 20 in Verr. de suppl.
Quich. || 21 ora *codd. h. l.*: opere *codd. 237* || 23 possit:
corr. Quich. || 25 ferratus: *corr. B^A* || 26—27 cf. 203. 2 || 28 O.
c. vet. incorr.: corr. Mu. || sub secl. *Mu.* || 29—30 C. in Or. de
 phil., casta *Quich.* || 30 ueneranda *C^A* || 32 III *C^A* || 33 ipsasque
Verg. || 36 duci *L* || uaries *L¹* || 37 omnino (?) *Mu.*

PECUDES non solas quadrupedes, sed et alia animalia dicere Vergilio auctore possumus in Georg. lib. IV (327): quem mihi vix frugum et pecudum custodia sollers.

et (Georg. IV, 168):

5

ignavum fucos pecus a praesepibus arcent.

Varro Sexagesi (489):

néque quás agipínnis anátés rémipedés búxeiróstris pecu-
dés palúdibús nócte nigra ád lúmina lámpadis sequéns.

PACEM peti et a dis posse Vergilius significat in Georg. 10 lib. IV (534):

tu[m] munera . .

tende petens pacem.

et in Aeneidos lib. III (369):

hic Helenus caesis primum de more iuvenis
exorat pacem divum.

15

Plautus Amphitryone (1127):

út Iovis suprémi multis hóstiis pacem éxpetam.

PROFUNDVM non solum imum altum, sed etiam summum dici posse auctoritas usurpavit. Vergilius in Aen. lib. I (58): 20
ni faciat, maria ac terras caelumque profundum.

PROCACITATEM non animantium solum (a precando et poscendo) dici posse Vergilius auctoritatem dedit lib. I (Aen. 536):

22—31 Proc.—putidus.

2 sed *om.* *L*¹ || 4 (et—soll.) *cf.* 158. 37 || 6 *cf.* 33. 18 || 8 nequequam *Mu.* post *Ries.*: neque qua *Bue.* || *agi pennis* *LA⁴BA*: *aqui pennis* *CA*: *corr. Mu.*: *acupinnis* (?) *Mu.* || *tremipedas*: *remipedes* *Passerat., Roth.* || *buxeis rostris*: *corr. Roeper.* || 9 sequéntes *Mu.*: sequéris *Bue.* || 12 tu (*v. l.* *tum*) munera supplex t. *Verg.*: tum munere t. || 14 III *AA* (*H*¹ *n. l.*) || 16 *cf.* 371. 2 || 17—18 *cf.* 388. 12 || 19 s. in imum: (*corr. P*²) || 22—23 a prec. et posc. *del. Quich.*

penitusque procacibus austris;

25 quod est: saevientibus, procellosis.

PVTIDVM non solum ab odore faetido et gravi quod naribus probetur, sed et quod auribus triste, insuave, austerum, rancidum est putidum dici posse auctoritas vetustatis admisit. Cicero in Oratore (27): 'quonam
30 igitur modo audiretur Mysus aut Phryx Athenis, cum etiam Demosthenes exagitetur *ut* putidus'?

DEVOTVM ad prosperum tantum usus trahit, sed auctoritas
1 et adversum significare voluit. Vergilius || [in] Aen. lib. I (712):
praecipue infelix, pesti devota futurae.

REOS non solum crimini et culpae obnoxios, sed etiam honesti voti debitores vel promissi auctoritas voluit.

Vergilius in lib. V (237):

5 constituam ante aras voti reus.

DAPES non tantum opiparos adparatus aut religiosos, sicuti plerumque, significare, sed et vitabilis et infandos cibos auctore Vergilio possumus dicere. in Aen. lib. III Cyclopem describens his designat humana viscera (630):
10 nam simul expletus dapibus vinoque sepultus.

et in Bucolicis (VI, 79):

quas illi Philomela dapes, quae dona pararit.

22—31 Proc.—putidus.

27 inprobetur *Mu.*: praebetur *ed. a. 1471* || 28 est *A⁴ ut vid.*: se *L B⁴ C⁴*: (seu *H²*): *om. D⁴*: sit *Quich.* || putidum *secl. Mu.* || 29 quoniam *L A⁴ B⁴*: quo *C⁴ D⁴* || 31 agitetur (*praec. es*) || *ut om.* || 1 adversus: *corr. Me.* || significare *ed. a. 1471* || in *om. A⁴* || 3—5 *fort. post 461. 12 collocand.* (cf. 'Non. Marc.' p. 22) || 4 honeste *Quich.* || vel vo. deb. prom.: *corr. Mu.*: vel vo. vel deb. prom. *Quich.*: *fort. veluti deb. prom.* || 5 reos *A⁴ C⁴* || 8 doceri qui in *Mu.* || 9 his designat *Mu.*: hostes ad || 12 cf. 527. 17.

DOMVM consuetudo hominum tantum habitacula dici
putat, cum auctoritas et templum et nidos domos dixerit.

Vergilius lib. VI (81):

15

ostia iamque domus patuere ingentia centum
sponte sua.

et in Georg. lib. II (209):

antiquasque domos avium cum stirpibus imis
eruit.

20

INCESTVM usu dicitur flagitium in affines admissum;
sed et incestare funere polluere auctore Vergilio possu-
mus dicere lib. VI (149):

praeterea iacet exanimum tibi corpus amici,
heu nescis! totamque incestat funere classem.

25

REVOCARE PEDEM cum hominum et aliquarum animan-
tium dici manifestum sit, Vergilius lib. IX etiam fluviorum
dici posse ostendit (124):

cunctatur et amnis
rauca sonans revocatque pedem Tiberinus ab alto.

30

et Plautus remos navium (Men. 350) pedes dixit.

MVRICES vetustas etiam saxorum asperitates et talia
omnia voluit posse dici. Vergilius lib. V (205): ||

et acuto in murice remi
obnixi crepuere.

1

21—22 Inc.—poll.; 24—25 Virg. praet.—classem; 32—2
Mur.—crepuere.

13 tanta *L*¹ || 14 templa *Mu.* || 18—19 (av.) *cf.* 425. 33 ||
22 (funere *om.* *G*¹) || 24 licet *C*^A *D*^A || 26 Rev. Ped. *om.* *C*^A:
Rev. *del. Quich.* || 29 animis *A*^A *C*^A || 32—2 *fort. secludend.*
(*cf.* 'Non. Marc.' p. 22) || 32 et talia *Rittershusius*: tela *L* *A*^A *B*^A:
vela *C*^A || 32—33 asp. dici posse (*cet. om.*) *D*^A || 33—2 *cf.*
255. 22 || 33 VI *codd. h. l.* (lib. V *om.* *D*^A).

DENTES non solum quibus cibus adteritur, sed omnia quibus aliquid exsicari vel teneri potest Vergilius dici voluit; ut in Georg. lib. II de falce (406):

et curvo Saturni dente relictam
persequitur vitem adtondens fingitque putando.

et in Aen. lib. VI (3):

tum dente tenaci
10 anchora fundabat navis.

LOCUPLETIS non magnarum opum tantummodo, sed et ad quamlibet rem firmos et certos M. Tullius dici voluit ad Caesarem iuniorem lib. II (fr. 24): 'nihil omnino certi nec locupletem ad hoc auctorem habebamus'. — et de 15 Officiis lib. III (10): 'accedit eo testis locuples Posidonius'.

MONUMENTA et templa dici posse M. Tullius auctor est in Verrem, actione II (I, 129): 'ausum esse in aede Castoris, celeberrimo clarissimoque monumento, *quod templum in oculis cotidianoque aspectu populi Romani positum est*'. 20 PROMERITVM etiam in malam partem posuit Plautus in Amphitryone (570):

quid malí sum, ére, tua éx ré proméritús?

PALLOREM vetustatem et negligentiam Lucilius lib. XXX voluit dici posse (68):

25 lana, opus omne perit; pallor, tiniae omnia caedunt.

23 — 25 Pallorem — caedunt.

3—4 omne qu.: corr. Mu.: omne quo ed. a. 1471 || 4 teri CA || 7 cf. 308. 25; 369. 24 || 11 et supra add. L || 14 adhuc Mu. || habeamus CA || 15 eodem codd. Cic. || 18 a mon. CA || 18—19 quod—Romani ex Cic. add. Me. (nov. lemma a Positum est incipiunt LA4) || 20 in mala parte: corr. Quich. || 22 tua] tanta || 24 dicere L || 25 cf. 272. 18 (s. v. caedere) || luna CAD4.

BONVS et fortis et pius dici potest. Lucilius lib. XXX (128):

Calvu' Palantina quidam vir non bonu' bello.

Vergilius in Georg. lib. II (447):

et bona bello

cornus.

30

MVLTARe cum sit condemnare, positum est augere, votis conpotem reddere. Naevius Colace (32):

et asseri

laudes ago, cum vôtis me multât meis, 1
quod praeter quam vellem audiebam. hoc mi annuis.

DISCIPLINOSVS etiam de pessima arte potest dici. Cato de Re Militari (14): 'quam gladiator disciplinosus'.

PROPIIOS et homines placatos dici vetustas voluit. 5

Lucilius lib. XXVII (14):

in bonis porro est viris, si irati seu cui propitii sunt, ut diutius eadem una maneant in sententia.

nam cum benignitate sollicitos propitios posuit Terentius in Adelphis (31): 10

. . . quam ut ea quae parentes propitii.

31—32 Mult.—redd.; 1 Naev. laud.—meis; 3 Disc.—dici; 4 Cato glad. disciplinosus.

26 et pius om. C⁴: et aptus Mu. || 27 pallantino: corr. Fruter. (-lat-) || nobilis bonus (pro nobonus, i. e. nō bonus): corr. Guietus || 32 voti Bentin. || colare: corr. Bentin. || 33 et me ads. Mu. || adseri L¹ C⁴ || 1 c. v. me multatis meis: corr. Hermann.: sum votis multatus meis vel tu v. me multas m. Mu. || 2 mihi ennius (hennius L): corr. Quich. || quod p. q. mihi vellem audiebam hoc minus Hermann.: q. p. q. velle audebam hoc mihi annuis Quich. || 3 de add. Mu. || 5 vet. dici C⁴ || 6 Lucilius lib. add. Ald. (Luc. [sic] in ed. 1476) (praec. luit) || 7 bonis Iun.: uonis || 8 ut Ald.: ui L A⁴ C⁴: di B⁴ || diutius ut Mu. || 9 nam—prop. Lucilio dat Klußmann. (Philol. XX, 166) || sollicito: corr. Iun. marg.: -ta Quich. || propitios (Quich.) posuit scripsi: propositos || 10—11 cf. 59. 12 || 11 quam ea codd. 59: quam illa Ter. || parenter C⁴.

CACHINNARE non risu tantum, sed et de sono vehementiore vetustas dici voluit. Accius Phinidis (571):

simul ét circum mergá sonantibus

15 excíta saxis saevá sonando

crepitú clangente cachínnat.

TACERE etiam ea possumus dicere quae sine voce vel sono sunt. Vergilius Aen. lib. IV (363):

totumque pererrat

20 luminibus tacitis.

et (Aen. IV, 525):

cum tacet omnis ager.

ADFARI non solum respondere vel fabulare, sed etiam rogare positum. Accius Tereo (642):

25 deúm Cadmigena nátum Semela affáre et famulantér pete.

Vergilius Aen. lib. IV (424):

i, soror, atque hostem simplex adfare superbum.

FASTIGIA consuetudine summae altitudines dici putantur, cum sint et imae; significant et finis. Vergilius Georg. lib. II (288):

30 forsitan et scrobibus quae sint fastigia quaeras.

M. Tullius de Officiis lib. III (33): 'sed quoniam opere incohato, prope tamen absoluto, tamquam fastigium inponimus'.

28—32 Fast.—inponimus.

12 non de ri. *Mu.* || de quolibet so. (?) *Mu.* || 14 merga scripsi: magna *L A⁴ C⁴* ut vid.: magna *B⁴* (cum *Bamb.*, *Paris.* 7066): stagna *Bentl.* || 15 saeva Celeno *Bentl.*: saevisona echo *Bergk.* || 16 clangentes cachinnant: corr. *Scal.* || 24—25 cf. 111. 34 (s. v. famulanter) || 25 Cadmo generatum *codd. h. l.*: catmo venatum *codd. 111*: corr. *Voss.* || semel a. et famularent perpetuere (-ture *C⁴*) *codd. h. l.* (seq. *Verg.*) || 27 supplexa a. *A⁴* || 28 vel altitudinis || 29 finem *D⁴* || 29—30 cf. 302. 10. fort. secludend. (cf. 'Non. Marc.' p. 22) || 30 forsán *D⁴* || 32 operi *Cic.*

NVMERVM et de his quae non numerantur, || sed 1
admetiuntur, dici auctoritas voluit. M. Tullius de Officiis
lib. III (50): 'si exempli gratia vir bonus Alexandria
Rhodum magnum frumenti numerum advexerit'.

FERVOR cum ex igni sit et ex flammis, ex contrario 5
ex frigoribus positus invenitur, ut sit fervere non solum
ex incendio calere, sed ex quibuscumque molestiis perturbari;
unde et iactatus marini et exaestuatio animi sub hac signi-
ficantia recte positi sentiuntur. Vergilius Georg. lib. I (455):

omnia tunc pariter vento nimisque videbis 10
fervere.

TEMPLVM et sepulchrum dici potest veterum auctoritate.

Vergilius Aen. (IV, 457):

praeterea fuit in tectis de marmore templum
coniugis antiqui. 15

VESTIGIA consuetudine signa inpressorum pedum dicimus.
lectum invenimus partes extremas pedum dicta vestigia.

Vergilius lib. V (566):

vestigia primi
alba pedis frontemque ostentans arduus albam. 20

PARERE etiam viros dici posse Caecilius auctor est
Chalciis (18):

ait hic vicinus, se eas péperisse, et vobis datum.

5—11 Fer.—fervere.

3—4 alexandri archodum *C*⁴ || 4 frumentum *L* || adlixerit
*L*¹ *C*⁴: allexerit *A*⁴ *B*⁴ (adl.) || 6 ex fr. *Quich.*: et fr.: et de
fr. *Mu.* || 7 sed et *Mu.* || 8 iactus: *corr. Quich.* || 18—20 *cf.*
420. 22 || 20 ostentans a. *L*: ostentant sardus *B*⁴: ostentans
aydus *C*⁴ || 21 auctor est] auctorem *A*⁴ || Chalciis *Spengel.*:
calchis || 22 sat (*praec. s*): *corr. Grauert.*: at *Spengel.*: scit
Havet. (Mél. Graux. p. 804): at ait *Mu.* || se eas pep. *Iun.*: se
asperisse (*-rasse C*⁴): se has pep. *Bue.* || et] id *Mu.*: *fort. it.*

464. 465 M.

id prudenter mutuatum ab Homero (Il. VI, 155):

αὐτὰρ Γλαῦκος ἔτικτεν ἀμύμονα Βελλεροφόντην.

25 parere etiam dicta ea quae non concipiant. Vergilius lib. XI (24):

ite, ait, egregias animas, quae sanguine nobis hanc patriam peperere suo.

VIROS etiam de animalibus posse dici Vergilii auctoritas iubet in Bucolicis (VII, 7):

30 vir gregis ipse caper deerraverat;

cum posset maritum dicere; sicut in Georg. lib. III (125): quem legere ducem et pecori dixere maritum.

1 GRVNDIRE cum sit proprie suum, ut Laberius || in Sedigito (82):

gründientem aspéxi scrofam;

et Claudius lib. XVI Annalium (77): 'grundibant graviter pecus suillum'; etiam hominum esse grunditum .5 Caecilius [in] Imbriis designavit (103):

cruento ita óre grundibát miser.

INSANIAM non hominibus solum aut animalibus, verum et his, quae sine anima sint. Vergilius in Bucolicis (IX, 43): huc ades, insani feriant sine litora fluctus.

10 ELEGANTES non solum, ut consuetudine, ab elegantia ingenii aut cultus electione et dilectu plerumque, dici

28 Viros—dici; 30—3 Virg. vir—et claud. agni gr.; 7—15 Ins.—potes carmine.

23 prudentemutuatum: corr. Roth. || 25 dictum: corr. Quich. || eo C⁴ || 25—27 cf. 466. 33 || 26 i. aite e. B⁴ || 27 pepere L⁴A⁴ || 31 posset et m. Mu. || 1—2 cf. 114. 27 || 1 l. in sedicit (l. dicit D⁴) codd. h. l.: l. in sedicito codd. 114: corr. Bentin. || 2 scrofum C⁴ || 3 Annal. Me.: agni (anni P¹) || 4 graviter Diomedes 379: grumiter || 5 in om. L¹C⁴ || 8 qui B⁴ || sint * * * Verg. edd. || 10 Elegans Mu. || 10—11 ut cons. plerumque—dil. dici Mu. || 11 dilectus: corr. Mu.

potest; sed a veteribus etiam vitio datur. M. Tullius in Clodium et Curionem (22): 'tu elegans, tu solus urbanus, quem decet mulieris ornatus, quem incessus psaltriae; qui levare vultum, mollire vocem potes'. — Cato Carmine 15 de Moribus (1): 'avaritiam omnia vitia habere putant: sumtuosus, cupidus, elegans, vitiosus'.

AMARVM non solum ex sapore triste, sed ex quacumque causa terribile et infensum Maronis auctoritate dicimus. idem lib. X (900):

hostis amare, quid increpitas mortemque minaris?

MVLTIPLYDO cum sit numeri populorum†, ut quidam 20 putant, Varro pro multo non absurde etiam scripsit de Vita Populi Romani lib. II: 'nihil magis propter argenti facti multitudinem is erat furandum, quod propter censorum severitatem nihil luxuriosum habere licebat'.

SANGVINYLENTVM corporum potest esse. lectum est et 25 de incorporeis. Varro de Vita Populi Romani lib. IV: 'itaque propter amorem imperii magistratus gradatim sessionibus sanguinolentis || aut dominatus quo appellerent'. 1

PONDVS, pro numero. Varro de Vita Populi Romani lib. IV: 'e Graecia, Asia in villas conportasse magnum pondus omnium artificum'.

7—15 Ins.—potes carmine.

12 ab aetheribus *L*¹: veteribus (*om. a*) *A*⁴ || 13 tum *C*⁴ || tu vero festivus, tu el. *cod. Cic.* || 14 muliebris *cod. Cic.* || 15 qui effeminare vultum, attenuare vocem, laevare corpus potes *cod. Cic.* || Cato *H*³: *om. rell.* || 16 putabant *Gell. XI, 2* || 18 inpensum (*imp.*): *corr. H*³ || dicimus * * * idem (*vel Ecl. III, 110 vel Aen. IV, 203 suppl.*) *Mu.* || 18—19 *cf. 329. 16* || 20 numerus vel populus ut (?) *Mu.*: *fort. numeri proprie ut ut om. L*¹ || 21 asscripsit (*praec. -am*) (*adscr.*) (*abscr.*): *corr. ed. a. 1476* || 22 propter *del. Mu.* || 23 miserat *B*⁴ || 25 potest] putant *Mu.*: *fort. oportet* || 1 ad dom. quom aspeirarent *Mu.*: ut dom. quos appeterent *Me.*: *fort. ut dom. quom pet.* || 3 asias (*sias C*⁴): *corr. Mu.*: e Graecia suas *Me.* || in villas] Sulla *Mu.*

CARERE etiam re bona potest dici. Turpilius Demetrio,
5 dolentis persona (32):
meós parentes cáreo.

AVDIENDI sensum etiam ís rebus Vergilius dedit, quae
nec aures habent nec sensum, Georgicon lib. I (513):

et frustra retinacula tendens
10 fertur equis auriga neque audit currus habenas.

CAVI proprietates est sinuosi et concavi, ac per hoc sine
dubitatione corporale. Vergilius vero etiam de incor-
poralibus, quae sunt inania tantum vel obscura, dici posse
testatur lib. VI (292):

ac ni docta comes tenues sine corpore vitas
15 admoneat volitare cava sub imagine formae.

et lib. X (636):

tum dea nube cava tenuem sine viribus umbram.

LAVARE, cum sit eluere et emaculare et aquis sordida
quaeque purgare, vetustatis auctoritas posuit etiam polluere.
20 Vergilius Georg. lib. III (221):

lavit ater vulnera sanguis.

et X (727):

lavit improba taeter

ora cruor.

25 Plautus Pseudulo (10):

eas lacrimís lavis.

7—10 Aud.—habenae; 18—26 Lav.—lavi.

4—467. 3 fort. secludend. (cf. 'Non. Marc.' p. 23) || 5 per-
sonat A⁴ || 6 cf. 497. 21 (s. v. acc. pro abl.) || eos codd. h. l. ||
12 corporali (-le H³): -lis ed. a. 1471 || 14—15 cf. 419. 25
14 et ni codd. 419 (cum codd. Verg.) || 15 admoneat A⁴ C⁴
famae L¹ C⁴ || 16 XII C⁴ || 20—21 cf. 337. 17; 503. 36
22—24 cf. 327. 7; 413. 9; 503. 40 || 23 improbec A⁴ || 25—26
cf. 503. 43 || 26 lacrimas C⁴ D⁴ || lavi codd. h. l.

Ennius Hecuba (164):

heú me miseram, intérii! pergunt lávere sanguen ságuine.

Varro Hecatombe (94):

pater út cruore láveret ararum ággeres.

30

Afranius Suspecta (322):

viden [ut] lávere lacrimis mé tuum collúm, pater?

ANIMAS pro corporibus. Vergilius lib. XI (24):

ite, ait, egregias animas, quæ sanguine nobis
hanc patriam peperere suo, decorate supremis ||
muneribus.

35

1

in quo etiam hoc novum est, quod patriam posuit pro
regione vel terra, cum patria sit civitas vel urbis parentum.

27—28 *cf.* 224. 10 (*s. v.* sanguis neutr. gen.); 504. 6 (*s. v.* lavere) || 28 miserum *C*⁴ || sanguen *om.* *L*¹ || 29—30 *cf.* 504. 14 (*s. v.* lavere) || 30 labre (-bere *B*⁴) terrarum *codd. h. l.* || aggerem *codd. 504* || 31—32 *cf.* 504. 16 (*s. v.* lavere) || 32 viden *Σ*: vident *codd. 504*: vident ut *codd. h. l.*: viden tu *Me.* || tuum *Iun.*: tum *codd. 504*: tu *codd. h. l.* || 33—35 *cf.* 464. 25 || 3 urbs *A*⁴ (*urb*s E*¹): urbes *L B*⁴ *C*⁴.

VII.

INCIPIT

5

DE CONTRARIIS GENERIBVS VERBORVM.

AVCVPAVI, activum positum pro passivo. Titinius Veliterna (151):

id ego aúcupavi; plénas aúris ádfero.

Plautus Truculento (964):

10 lépide ecastor aúcupavi atque é mea senténtia.

idem Menaechmis (570):

huc cóncedamus; éx insidiis aúcupa.

Ennius Medea (218):

fructus vérborum aures aúcupant.

15

Pacuvius Chryse (95):

incipio sáxum temptans scándere
vórticem in summum, ín de in omnis pártes prospectum aúcupo.

Accius Astyanacte (165):

nunc ín consilio id réges Argivûm aúcupant,
20 id quaérunt.

idem Medea (407):

égo me extollo in ábietem, alte ex túto prospectum aúcupo.

6 — 8 DE — auc.; 14 Enn. fructus — auc.; 19 — 20 Acc. nunc — quaerunt.

10 l. mecastor aucupabatque ex mea s. *codd. Pl.* || 12 huc] ut || 14 fremitus *Mu.* || 17 in summis dein: *corr. Me.* || in o. *Lips.*: hominis || 22 in ab. altam *Both.* || prospectans: *corr. Σ* || prospectum aucupans *Mu.*

VAGAS, pro vagaris. Plautus in Milite (423):

te ádloquor, vití probrique plénus
qui cícum vicinós vagas.

25

Serenus in Opusculis (15):

rure puella vagat virido.

Pacuvius Medo (225):

“quíd tandem? ubi ea est? quó receptat”? — “éxul
incertá vagat”.

Accius Baccheis (235):

30

deinde ómnis stirpe cum ínclýta Cadméide
vagánt matronae, pércitatae . . .

Turpilius Leucadia (121):

vúltu vecordí vagas insánia.

Accius Tereo (643):

35

fámam, nam nobílitas late ex stírpe praeclara évagat.

item Medea (409):

. . . vagánt, pavore pécuda in tumultis désérunt.

Ennius Hectoris Lytris (151):

cónstitit, credó, Scamander; árboris ventó vagat.

40

23 — 27 Vag.—vir.; 29 Pac. ex. inc. vagat.

24 probarique *L*¹: propinque *codd. Pl.* || 24—25 plenos qui *L*¹: plena quae *Pl.* || 27 uiridi *D*⁴ || 29 qui t. *CA* (*cum E*¹) || quo *Me.*: quod || receptast e. incerte *Bergk.* (*sed cf. Class. Rev. XVI, 49*) || 31 cadmide: *corr. Me.*: Cadmeides *Quich.* || 32 vagam *L*¹ || 32—34 percitate (-tae) tumultu vec. vag. ins. turp. leuc. vultu vec. vag. ins. *L*¹ *A*⁴ *B*⁴: percitate (-tae) tumultu vec. vag. ins. (*cett. om.*) *CA*: Pro Turp. Leuc. vultu *prave scriptum erat* tumultu, qui error in marg. archetypi correctus est. *Illud insania in fine v. 32 collocat Mu.* || 36 feminam nob. *Mu.* || lata ex (latae ex *E*) || praeclarae (*om. vagat*) *L*¹ || 37 idem *Ald.* || 37—38 *cf. 159. 13* (*s. v. pecua et pecuda*) || 40 credo] cerno *Mu.* || arboris: *corr. Bentin.* || uacant *Columna* (*cf. Enn. Sat. 12 M.*)

Pacuvius Periboea (302):

- 1 triplici pertimefactus || maerore ánimí incerte erráns vagat.

Varro Pseudulo Apolline, *περὶ θεῶν διαγνώσεως* (438):

cúm séx pueri ét puéllulaé páriter itém séx
aút séptem in utróque cúm choró parí vagárúnt.

- 5 idem Hercules Tuam Fidem (215):

per máritimas orás vagat.

SVFFRAGANT, *pro* suffragantur. Pomponius Macco Prae-
terito (105):

populís voluntas haéc est et vulgó datast:
refragábunt primo, súbfragabunt póst, scio.

- 10 Sisenna Historiarum lib. XXIII (132): 'multi populi,
plurimae contiones dictaturam omnibus animis et studiis
suffragaverunt'.

MERET, *pro* meretur. Plautus in Menaechmis (359):

item hinc ultro fit ut meret, potissimus nostrae domi ut sit.

idem in eadem (707):

- 15 adíbo atque hominem accípiam dictis quíbu' meret.

Turpilius Philopatro (192):

útinam possim tíbi referre grátias, ut de mé meres!

idem Hetaera (85):

meréto merito ut diligere.

41—1 periboeam tripl. *L*¹*C*⁴: periboea in tripl. *A*⁴*B*⁴:
corr. Gifanius: Perib. multiplici *Passerat.* || 2 pseudo ap. *C*⁴ ||
διαγνώσεως Bue.: *αἰαγνώσεως* (-*αγν*- *B*⁴ ut *vid.*) || 3 puellae:
corr. Lachm. Opusc. II, 69 || 4 aut s. sin vero quae cum: *corr.*
Me., Lachm. || 6 horas: *corr. Ald.* || 7 add. *Iun.* || mappo: *corr.*
Roth.: Pappo *Bentin.* || 8 populi *Ald.* || h. enim et *Ribb.* ||
datas: *corr. Ribb.*: ratast *Leo Anal. Plaut. II, p. 10* || 9 Refr.
(*nov. lemma*) *L*⁴*A*⁴ || r. pro su.: refragant primo su. *Roth.* ||
10 *Histor. om. L*¹ || 13 i. hic u. (i. in cultro *Bamb.*) || 15 q. dic.
codd. Pl. || 17 possint (*seq. t.*): *corr. ed. princ.* || 19 meret merito:
corr. Bue.

AVSPICAVI, pro auspicatus sum. Plautus in Persa (689): 20
lucrô faciendo ego aúspicavi.

idem [in] Sticho (502):

ea égo auspicavi in re capitali mea?

Atta Lucubratione (8):

... cum primo luci hódie ut exornáta sit 25
átque ut auspicétis: cras est cómunis dies ...

Caecilius Plocio (181):

"insánum auspicium"! — "áliter histriónium est,
atque út magistratus públice cum aúspicant".

Naevius Belli Poenici lib. IV (40):

30

virum praetor advenit, auspicat auspicium
prosperum.

DELUCTAVI, pro deluctatus sum. Plautus in Tri-
nummo (839):

cum hísce aerumnis deluctavi.

idem in Vidularia (fr. ix):

35

quid múlta verba? plúrimum luctávimus.

Terentius Hecyra (829):

dicítque illi anulum sese, dum lúctat, detraxísse. ||

SCRUTO. Plautus in Aulularia (657):

1

póstremo hunc iam pérscrutavi.

20 — 21 Ausp. — ausp.; 33 — 34 Del. — del.; 38 Ter. dic. — detr.

22 isticho *LB*⁴: istic hoc *CA* || 23 ea *om. CA* || ausp. *bis LA*⁴ *fort. auspicavin* || 27—29 caec. ploc. ut mag. p. c. a. (-ciant *A*⁴) *iterum exhib. post 32* || 28 hospitium *LA*⁴ (-cium) || *haud al. Spengel.; fort. num al.* || *istrionum* || 29 publicitus c. a. *Maehly.*: publice quando a. *Both.*: a. cum publice *Mu.*: publicae rei c. a. *Ribb.* || 30—32 *om. CA* || 31 verum *Iun.* || *adveniet: correxi* || 33 luctatus *CA DA* || 34 deluctavit || 38 illis sese illi a. *vel* sese a didigito *codd. Ter.* || 1 Scuto *CA* || 1—2 *cf. 317. 33 fort. secludend. (cf. 'Non. Marc.' p. 23).*

AVGVRO. Accius Oenomao (497):

atque éa coniectura aúguro.

5 idem Amphitryone (87):

. sí sati' recte aut véra ratione aúgurem.

Ennius Melanippa (245):

certátio hic est núlla, quin monstrúm siet:
hoc égo tibi dico ét coniectura aúguro.

10 Pacuvius Chryse (78):

própemodum animus cóniectura de érrore eiús aúgurat.

Cicero ad Calvum (3): 'praesentit animus et augurat
quodammodo, quae futura sit suavitas'. — Vergilius
lib. VII (272):

hunc illum poscere fata

15 et reor et siquid veri mens augurat opto.

M. Tullius de Republica lib. IV (8): 'cui quidem
utinam vere, fideliter abundiente† auguraverim'!

ADSENSIT. est et passivum. Accius Neoptolemo (476):

20 úbi nihil contra rátionem aequam hábuit, adsensít silens.

idem Erigona (50):

adséntio: age nunc tú tuam progéniem ex ordine . . .

Pomponius Sponsa Pappi (167):

pól magi' *curabo* úbi cognorint, ómnis una adséntiant.

3 Auguro; 9 Enn. hoc — aug.; 12—13 Cic. praes.—suav.

3 *null. lemm.* L || 6 *ver* L¹ C^A || -rer L B^A C^A || 8 *certatio*
Passerat.: certo || nullum B^A || 9 *hoc supra add.* L || 11 *eius*
Ald.: et ius || 15 *cf.* 358. 12 || 17 *ve. fi. om.* L¹ || *abudiente* L¹:
abunde ed. princ. || 20 *orationem Passerat.* || *aequam Fruter.*:
et quam || 22 *ex quid. ap. Mu.*: et: *ede Me.* || 23—24 *cf.* 275. 23
(*s. v. cognoscere*) || 24 *cur. om. codd. h. l.* || *cognorit codd. h. l.*

CUNCTANT, pro cunctantur. Accius Alpheſiboea (71): 25
ita térrita membra animo aégroto
cunctánt ſubferre labórem.

Ennius Ambracia (2):
béne mones tute, ípſe cunctat. ó vide fortém virum!
idem Hectoris Lytris (148): 30
quí cupiant dare árma Achilli, ut ípſei cunctent . . .

ACCINGE, pro accingere. Pomponius Maccis Geminis (66):
iam égo inibi adero: dum égo revortor, áge, anus,
accinge ád molas.

CONTEMPLA. Accius Philocteta (557):
contémpla hanc ſedem, in qua égo novem hiemes sáxo 35
ſtratus pértuli.

Naevius Danae (3):
contémplo || placide fórmam et faciem vírginis. 1

Titinius Fullonia (21):
. . ſpecta formam, átque os contemplá meum.

Ennius Medea (242):
aſta átque Athenas, ánticum opulentum óppidum, 5
contémpla.

Plautus Asinaria (539):
méum caput contémples.

25 — 27 Cun.—laborem.

29 monens tute (*adv.*) *Bue.* || cunctat o] cuncto *B⁴ C⁴*:
cunctato o *Vahlen* || 31 ut] ei *Ribb.* || ipse: ipsi *Iun.* || cunctet
A⁴ || 33 inibi *Lips.*: mihi || adere *A⁴* || amus *C⁴* || accingere
L A⁴ C⁴ || 35 navem *A⁴ B⁴ C⁴* || hieme (*seq. s*) *C⁴* || taxo
L A⁴ B⁴ || 1 contempla *Ribb.* || 2—3 fullonibus aspecta *B⁴* ||
3 f. meam a. *Hermann.* || contemplato *Both.* || 5 anticum *Roth.*:
anti eum || opulenteum *L C⁴*.

ALTERCAS. est et passivum. Pacuvius Iliona (210):
 10 "cur inlaqueetur híc?" — "mecum altercás? tace".

ARBITRABVNT. Plautus in Sticho (144):
 próbiores vero árbitrabunt, sí probis narráveris.

AMPLEXA, pro amplexare. Accius Alcimeone (70):
 postrémo amplexa frúctum, quem di dánt; cape.

15 [Cicero Academicorum lib. I (33): 'quas mirifice
 Plato erat amplexatus'.]

Cicero de Oratore lib. III (62): 'nec voluptatem
 tuentur, quam amplexari possunt'.

CRIMINAT. Ennius Satyrarum lib. III (21):
 20 nam ís non bene vult tibi, qui falso críminat
 apút te.

DIGNAVI, pro dignatus sum vel dignum duxi. Accius
 Meleagro (447):

remanet glória

apúd me; exuvias dígnavi Atalantaé dare.

25 Pacuvius Hermiona (166):

cum néque me aspicere aequáles dignarént meae.

MISERARENT, pro miserarentur. Accius Athamante (195):
 átque ita de illis mérui, ut iure haec númquam miserarént mala.

13 — 18 Amp. — possunt; 22 — 24 Dig. — dare; 27 — 28
 Mis. — mala.

9 Altercata est pass.: *correxí post Quich.* || ALTERCATA ES
Mu. || 10 inlaquetur (ill.) *LA^ACA* || cur illa quae tu hic
Duentzer. || meum: *corr. ed. a. 1471* || altercata's *Mu.* || 12 vero]
credo codd. Pl. || 14 di] dit *L¹* || cape *om. DA* || 15 — 16 *om.*
LB^A (= *G*) || 16 plauto *CA* || amplexari *AA*: Amplexari pro
 amplecti (*nov. lemm.*) *CA DA* || 18 amplexari *AA* (*H¹P¹*) ||
 poscunt *Mu.*: volunt *codd. Cic.* || 19 III *B^A* || 20 is *ed. princ.*:
 iis || vultibi: *corr. B^A* || q. f. c. *om. CA* || 26 aspiceret: *corr. ed.*
a. 1476 || 28 atque *om. DA*.

LARGI, pro largire. Lucilius lib. XIV (25):

quod viscus dederas tuquidem, hoc est: viscera largi. 30

Accius Diomede (282):

venigne et pro beneficio largi atque ampliter.

Cato Lege Baebia (25, 2): 'pecuniam inlargibo tibi'.

INTVI et CONTVI, pro intueri. Turpilius Paedio (159):

tamen oculi ex longa intercapedine adpetunt cupide intui. 35

Pomponius Maccis Geminis (69):

incepi contui: conspicio coleatam cuspidem.

PROFICISCERET, pro proficisceretur. Turpilius Hetaera (81):

hortatur hominem, quam primum || proficisceret. 1

SORTIRENT, pro sortirentur. Varro Rerum Humanarum lib. XX: 'cum venerint censores, inter se sortiant'.

[SORTIVNT] Ennius Cresphonte (112):

.. an inter se sortiunt urbem atque agros? 5

MODERANT, pro moderantur. Pacuvius Periboea (306):

neque tuum te ingenium moderat neque fraternum ira
exilium vetat?

2—7 Sort.—moderat.

29—30 cf. 184. 19 (s. v. viscus pro viscera) || 31—32 cf. 511. 25 (s. v. ampliter) || 32 et] ei *Gulielmius* || aque *codd.* h. l. || 33 de l. *Mu.* || inlargio || 34 et Cont. *fort. secludend.* || p. i. et contueri *Mu., Quich.* || 35 oculi ex *Ribb. (sed cf. Pradel de praepos. 548):* oculis || cupida *L¹* || 38 pro om. *LA⁴* || 1 proficeret *C⁴* || 2 S. p. s. * * * vel Sortiant p. sortiantur *Mu.* || 4 (SORT.)—5 post v. 7: huc transp. *Quich. (del. SORT.) sed credo vv. 2—5 ab hoc loco alienos esse (cf. 'Non. Marc.' p. 23)* || 5 sese *Voss.* || 6 pro moderant *C⁴ D⁴* || 6—7 cf. 336. 25 (s. v. levare); 472. 19 || 7 frater non *codd. h. l.* || vetat] levat *codd. 336; 472.*

POLLICERES, pro polliceris. Varro *Ἀνθρωποπόλει, περὶ γενεθλιακῆς* (41): 'nam in omnibus legi [ποαιπε] καὶ 10 ὑπέρβατον «ne dares, ne polliceres quid datum est»'.

POPVLAT. est et passivum populatur. Vergilius Georgicon lib. I (185):

populatque ingentem farris acervum
curculio.

15 Caecilius Asoto (13):
iamdúdum depopulát macellum.

Ennius Ambracia (3):

agrós audaces dépopulant serví dominorum dóminis.

Quadrigarius (95): 'agrum Nolanum populare coepe-
20 runt'. — Accius Astyanacte (164):

qui nóstra per vim pátria populavít bona.

Sisenna Hist. lib. IV (56): 'protinus agros popula-
bundus ad Nuceriam convertit'.

PVNITVR aliquem, pro punit. M. Tullius de Officiis
25 lib. I (88): 'neque ad eius qui punitur aliquem *vel* verbis
fatigat, sed ad rei publicae utilitatem referri'. — et
Tusculanarum lib. I (107): 'quom multi inimicos etiam
mortuos puniuntur'.

RVMINAT. Vergilius in Bucolicis (VI, 54):
ilice sub nigra pallentis ruminat herbas.

11—14 Pop.—curc.; 18 Enn. agros—ser.; 24—26 Pun.—fat.;
27 Cic. quo—puniuntur.

8 Pollicere: *corr. ed. a. 1471* || polliceris: *corr. Pius*: polli-
ceri *Me.* || *Ἀνθρωποπόλει περὶ*] anoputio ποαιπε || 9—10 πο-
αιπεκαουπερβατον *L¹ B⁴*: ποαιπεκαουπερβατον *A⁴ CA*: *corr.*
Me., *Bue.* || cum ceteris *litt. graecis ex v. 8 illatis fort. etiam n*
secludend. et scribend. ἄρθον. || 10 quod *Iun.* || daturum (*om.*
est) *cod. N. Fabri* || 18 iam agr. *Ribb.* (*praec. ia*) || dominis
tuetur Pascal (Riv. Filol. XXVII, 7): domini *Both.*: domi *Bue.*:
minis(?) *Ribb.* || 22—23 populabundos: -dus *Σ* || 23 numeriam:
corr. Gifan. || 25 *Π B⁴* || *vel(?) Mu.*: *om.*: aut *codd. Cic.* ||
25—26 verb. castigat *codd. Cic.* || 26—27 *cf. 479. 25* || 27 quo m.
codd. h. l. || 29 herbis *A⁴*.

VII. DE CONTRARIIS GENERIBVS VERBORVM. 757

471. 472 M.

FABRICANTVR. M. Tullius de Officiis lib. I (147): 'ut 80
enim pictores et i qui signa fabricantur'. Plautus
Asinaria (102):

fabricare *quidvis*, quidvis conminiscere. ||

Cicero de Oratore lib. III (180): 'Capitoli fastigium 1
illud et ceterarum aedium non venustas, sed necessitas
ipsa fabricata est'.

PALPATVR. Lucilius lib. XXIX (96):

hic me ubi vidit, subblanditur, palpatur, caput scabit.

LVCTANT, pro luctantur. Ennius lib. IX (339):

5

virii validis *ut* viribu' luctant.

BELLANTVR, pro bellant. Vergilius lib. XI (660):

et pictis bellantur Amazones armis.

PARTIRET, pro partiretur. Lucilius lib. XXIX (10):

quid? quas partiret ipse pro doctrina boni?

10

Plautus in Asinaria (271):

hanc quidem, quam nactus, praedam *pariter* cum illis partiam.

INPERTIT. Lucilius lib. XXVII (3):

sospitat, inperit salutem plurimam et plenissimam.

COHORTARENT. Quadrigarius Annalium lib. V (54): 'et 15
dicerent castra facta esse atque eos cohortarentuti maturarent'.

30 Fabr.; 1—2 Cic. Capit.—est; 5—12 Luct.—partiam.

32 qu. *semel*: bis Pl. || 4 ubi om. C⁴ || ubi me vi. (om. hic)
cod. Fest. 210 || vidit Fest.: uidet || sc. cap. Skutsch. (Rhein.
Mus. XLVIII, 303) || 6 viri a val. L A⁴: varia val. C⁴ D⁴:
corr. ed. princ.: Illyria val. Havet. (Rev. Philol. XV, 72):
<fortuna> varia val. Vahlen || ut addidi: cum I. Douša || 7 X ||
8 amadiones L¹ C⁴ || 9 XXVIII A⁴ || 10 per doctrina C⁴ ||
12 pariter om.: fort. inserend. ante partiam || 14 sospita in-
periti Lachm. || plurima et plenissima: (corr. P) || 15 VI Peter ||
16 dicereni L¹ || capta Me. || eos Mu.: hos (os G).

MODERANT, pro moderantur. Accius Epigonis (303):
viden út te inpietas stimulat nec moderat metus?

Pacuvius Periboea (306):

20 neque túum te ingenium moderat neque fratérnum ira
exiliúm levat?

CONMISERESCIMVS. Vergilius Aen. lib. II (145):
his lacrimis vitam damus et miserescimus ultro.

Ennius Hectoris Lytris (158):

per vos et vóstrum
25 impérium et fidem Myrmídonum, vigiles, cónmiserescite! . .

PROELIANT. Ennius Achille (4):
. . ita mortáles inter sése pugnant, proéliant.

CONPLECTITE. Pomponius Fullonibus (48):
“quin érgo, quando cónvenit, conpléctite”. —
1 “mi || fráter, salve!” — “ó soror salvé mea!”

EXPERGISCERET, pro expergisceretur. Pomponius Agamemnone Subposito (4):

nequis miraretur, cú tam clare tónuerit,
5 ut, síquis dormitáret, expergísceret.

LABASCO, pro labor. Accius (684):
nullum ést ingenium tántum neque cor tám ferum,
quod nón labascat língua, mitiscát malo.

17—18 Mod.—met.; 6—8 Lab.—língua.

18 viden] vident *CA*: *om. DA* || 19—20 *cf. 336. 26 (s. v. levare, relevare); 471. 4* || 21 *Mis. Mu.* || 24 per vos *Palmerius*: servos || 24—25 *vel troch.* || 27 inta m. *LB^ACA*: *corr. A^A*: interea m. *Lachm. comm. Lucr. p. 80 post Klußmann.* || 1 mihi || soro *LB^A* || 4 miretur *ed. a. 1471* || cur *Mu.* || 6 Labascor (*Lav.*): *corr. Mu.* || labo (-vo): (*corr. E¹P*) || 7 tantum *om. DA* || 8 labescat *CA DA*: labascatur *LA^ABA*: (*corr. Oxon.*) || lab. longo ac m. *On.*

Varro Rerum Divinarum lib. VII: 'postquam vidit misericordia labasci mentem infirmam populi'. 10

CONGREDIAS. Plautus in Epidico (543):

"quid si adeam?" — "haut scio an congre dias, si hoc est".

CERTATVR, pro certat. Pacuvius Armorum Iudicio (25):

an quis est qui te esse dignum, quicum certetur, putet?

FRVSTRO, pro frustror. Pomponius Maiali (79): 15

miseret me eorum, qui sine frustis ventrem frustrarunt suum.

IMITAT. Varro Epistula Latina lib. II: 'tuum opus nemo imitare potest'. — Livius Achille (1):

si malas imitabo, tum tu pretium pro noxa dabis.

EXECRARE[NT]. Afranius Incendio (192): 20

expetiurabant, execrabant se ac suos.

PROGREDI. Novius Vindemiatoribus (92):

"quid stas? age, move te. manen?" — "i primus: progredi".

CONSOLARE. Varro Oedipothyeste (347): 'per idem tempus Oedipus Athenas exul venire dicebatur, qui consolaret'. 25

MINITAS, pro minitaris. Livius Danae (19):

. . etiam minitas? mitte ea, quae tua sunt magi quam mea.

9—10 Varro postq.—pop.; 15—16 Fr.—suum.

12 *haut* scio an *codd. Pl.*: aut *sicia* an *A⁴* (= *H*) *LB⁴*: aut *sicia* aut *C⁴*: *haut* sciam an *Mu.* || *congre dias* *codd. Pl.* || si haec ea est *codd. Pl.* || 17 *Epistularum latinarum Mu.* || tum *L¹C⁴* || 18 *imitari L¹C⁴* || *potes L¹*: *potis Mu.* || 18—19 *cf. 365. 37* (s. v. *pretium*) || 19 *males LA⁴B⁴* || 20 *Execrare* (*vel Execrarent * * **) *Mu.*: *Execrarent* || 21 *expeturbabant A⁴* || 22 *Praegredi Mu.* || 23 *quid stas? age Iun.*: qui discas ege manen? (*Voss.*) i *Me.*: mane mi || (*prius G¹*) || *praegredi Mu.* || 24 (*Consolaret index marg. in B⁴*) || 26 *pro minaris: corr. A⁴* || *Naevius Pius* || 27 *vel anapaest.* || *mitte aequae L¹*.



Plautus in *Amphitryone* (fr. v):

- 1 quid minitabas té facturum, || si istas pepulissém fores?

MTVET, mutuum sumat. Caecilius Asoto (11):

"ad amícos curret mútuatum?" — "mútuét
mea caúsa."

- 5 PERCONTA. Novius Malevolis (53):

sí percontassém, malum hoc me praéterisset.

Naevius Belli Punici lib. I (24):

blande et docte percontat, Aeneas quo pacto
Troiam urbem liquisset.

- 10 OMINAS. Pomponius Cretula vel Petitore (35):

. "bene eveniat!" "íta sit. et tibi béne sit, qui recte óminas!"

SAVIES. Pomponius Munda (84):

ego illam non amplectar? ego non sáviem?

Novius Quaestione (81):

- 15 mámmas teneas, pédes extollas, sávies,
cúm gemit.

PACISCUNT. Naevius Belli Poenici lib. VII (48, 1):

id quoque paciscunt, moenia sin quae
Lutatium reconciliant, captivos plurimos.

5 Percontat; 8—9 Naev. blande—reliq.; 17 Paciscunt.

2 Mutum et *L B⁴ C⁴* || 4 cau. m. *Quich.* || 5 Percontat *D⁴*:
fort. Percontare || Malivolo (?) *Mu.* || 7—9 *cf.* 335. 2 (*s. v.* lique-
rit) || 7 *Π*: *corr.* *Merula* || 8 aen (aen) *L C⁴*: aeneidos *A⁴*: ennius
B⁴: aeneam *D⁴*: Aenea *Fleckeisen.* || 9 reliquisset (-linq-) *codd.*
h. l.: liquerit *codd.* 335: *corr.* *Merula* || 11 évenat | ita fiat *Ribb.* ||
13 amplectare ego *C⁴* || 15 extulas *Mu.* || 16 cum gemit *Iun.*:
congemit || 18 paciscuntur *L A⁴* (= *H*) *B⁴ C⁴* (*eodem errore quo*
convivantur v. 23) (*paciscunt E¹ P*): *paciscunt ut (?) Mu.* ||
sin C⁴: sint *L A⁴ B⁴* || 18—19 *fort.* idem q. p. m., simulque
Lutatio rec. c. p. || 19 lutantium (*luct.*) *A⁴ ut vid.* || 'concilient'
et 'capt. plur. idem' *Mu.*

idem (48, 4):

20

Sicilienses paciscit obsides ut reddant.

CONVIVANT, pro convivantur. Pomponius Munda (85):
 si calendis † convivant, idibus cenant foris.

Ennius Satyrarum lib. I (2):

malo hércle magno suó convivat sine modo.

25

MIRABIS. Pomponius Patruo (108):

mírum facies, fá tue,
 si stúdiu mirabís diu.

VRINANTVR. Cicero in Academicis lib. II (fr. 10):
 'siquando enim nos demersimus, ut qui urinantur, aut so
 nihil superum aut obscure admodum cernimus.

MISERETE. Ennius Hecuba (168):

miseréte anuis:
 date ferrum, quí me animá privem!

OPINO, pro opinor. Plautus Bacchidibus (fr. x): 35
 Praenéstínium opíno ésse: ita erát glóriósús.

Pacuvius || Chryse (101):

1

invéni, opino, Oréstes uter essét tamen.

Ennius Eumenidibus (132):

tacére opino esse óptumum, et pro víribus
 sapere átque fabulári tute nóveris.

5

 21—22 Naev. Sic.—pro conv.; 25 Enn. malo—convivat.

23 hic co. *Mu.*: domi co. *Duebner.* || conuiuantur: *corr.*
ed. princ. || 25 suo magno: *corr. Both.* || conv. Sine modo
Both. || 28 sistud nimium *Lachm. comm. Lucr. p. 197*: si istud
 studium *Voss.* || 29 Academicorum *Mu.* || 33 anuis *Scal.*: manus
 (unum punct. infra m, duo supra erasa in *L*): manu *Mu.* ||
 36 errat: *corr. CA* || 2 op. esse optumum *Or.*: *corr. Ribb. (cf.*
v. 4) || uter esset *Roth.*: ut heres sed || 2—4 *Or.*—optumum
om. CA || 4 sapere *Both.* || ut *Scal.*: *del. Both.* || 5 tacere *Both.* ||
 atquea f. *AA* || tate *CA*.

Caecilius Asoto (17):

níl fore opino inter me atque illum.

PROMERES, pro promereris. Plautus [in] Trinummo (641):

. . nam retinere nequeo, quin dicam ea quae promeres.

10 OPITVLA. Livius Equo Troiano (20):

dá mihi hásce opés,

quás petó, quás precór, pórrige, ópitulá.

FITE, imperativo modo. Cato de Praeda Militum Dividenda (70, 2): 'tu † dives fite'. — Crassus lib. XVI Iliados (270):

15 socii, nunc fite viri.

Livius Odyssia (30):

sic quoque fitum est.

PAENITEBUNT. Pacuvius Armorum Iudicio prologo (31):
nunc paenitebunt [libunt] liberi grato ex loco?

20 PARTIRET, pro partiretur. Afranius Divortio (50):
cum testamento patria partisset bona.

Lucilius lib. III (67):

tu partem laudis caperes, tu gaudia mecum
partisses.

25 ACCIUS CHRYSIPPO (264):

aeternabilem

diuitiam partissent.

7 mea: corr. AA || 8 pro AA: om. vell. || in om. CA || 9 retineri codd. Pl.: -rei Mu. || 11 asce L¹ || 12 porrige cod. N. Fabri: corrige || 13 militibus(?) Mu. || 14 tum dices f. Quich.: tu dives fito Laurenberg.: fort. tudites fite || 15 o s. Iun. || 18 Paenitebant (-bat CA) (pen-, poen-): corr. Quich. || 19 proloqui non p. Hermann. || liberi ingrato (del. libunt) Hermann.: libere ingr. Mu. || libere i. ex loco? Mu. || 20 Partire: (corr. H²; cf. 472. 9) || 21 partis et CA: partiret Mu. || 24 partissis L¹ CA || 26 alternabilem Ribb. || 27 partissint Ribb.

Ennius Telamone (281):

eándem me in suspícionem scéleris partivít pater.

RECORDAVIT. Quadrigarius Annali lib. V (55): 'is 30
ubi Decium cognovit et patriae eum recordavit'.

POTI, pro potiri. Pacuvius Iliona (217):

úsi honore, crédo, Achivi scéptrum patientúr poti.

PRAESTOLAT, pro praestolatur. Turpilius Paedio (153):
ego praestolabo illi, eo citante † opitium. 35

Livius Tereo (25):

ními' pol inprudénter servus praéstolaras. ||

REVORTIT. Pomponius Maiali (80): 1

cenam quaéritat:
sí eum nemo vócat, revortit maéstus ad maená mizer.

RHETORICASTI. Novius Asino (5):

áge nunc, quando rhétoricasti, résponde quod té rogo. 5

TVTANT. Plautus in Mercatore (864):

ínvoco

vos, Lares viales, ut me tutetis.

Naevius Lycurgo (17):

tuós qui celsos términos tutánt . . 10

34 — 35 Prest.—prestolabo.

29 in om. *A*⁴ || in me *Delrius* || 30 Annalium *Mu.* || V *L A*⁴:
III *B*⁴ *C*⁴ || 31 dacium: *corr. Augustin.*: Dasium *Roth.* || patria
eum: *corr. Iun.*: patriae veteris *Mu.* || 33 usi onere (hon.) cre.:
(*corr. G*¹): tu si conere cre. *Me.*: *fort.* usione cre. || Achivi hunc
sc. *Bue.*: adhuic sc.: avitum hunc sc. *Mu.*: adhuc (*E*¹) hunc
sc. *Quich.* || patienter *A*⁴ || 34 pro prestolaretur *L* || 35 cicant
optitum (obt.) *C*⁴: c. ut opitulem *Both.*² || illi oscitans ante
ostium? *Both.*¹, *Ribb.*: *fort.* oscitanter optio vel eo citante
officium || 37 (imprudentem *E*¹ *P*): inpudenter *Ribb.* || servis
Iun. || *fort.* servu's. praestolares || 4 *Rh. add. Mu., Iun.* || 8 di-
ales || me] me bene *codd. Pl.*

Pomponius Parcis (107):

nón erat, qui córpus tremulum fámula tutaré, toga.

Pacuvius Periboea (298):

tu, múlter, tege te et túta templo Líberi.

15 PATITOR, pro patere. Plautus in Asinaria (375):
patitor tú item, cum ego te réferiam.

COPVLANTVR, pro copulant, passivum pro activo.

Plautus in Aulularia (116):

adeúnt, consistunt, cópulantur d́xteras.

20 PRAESAGITVR, pro praesagit. Plautus Bacchidibus (679):
“óccidi!” — “animus iám istoc dicto plús praesagitúr mali.”

EXPALPABITVR, pro expalpabit, quod est extorquebit.

Plautus in Vidularia (fr. xviii):

. śrvus a patre árgentum expalpábitur.

25 REDDIBO, pro reddam. Plautus in Casina (129):
ruri réddibo.

idem in Menaechmis (1038):

sálvum tibi ita, ut míhi dedisti, réddibo

LVDIFICATA ERO hominem, pro *ludificavero*. Plautus
Milite (927):

30 *ni* lúdificata lépide
ero, cúlpani omnem in me inpónito.

17—19 Cop.—dex.; 22—24 Exp.—exp.; 25 Redd. p. r.;
28 Plaut. sal.—reddibo.

11 partis: *corr. Both.*: Patruo *Bentin.* || 12 qui *Ribb.*: quid ||
14 et *del. (?) Mu.* || tota *L A A C A* || templo *Lang.*: templa ||
15 Patitur *L A A C A* || 16 tui item || 18—19 *cf. 479. 21* || 20 pro
praesagit *L A A C A* || 21 animis: *corr. C A* || stoc || 22 expalpavit
L¹ C A D A || 23—24 *cf. 104. 11* || 24 nunc s. *codd. 104* || 26 redibo
L¹ C A || 28 ita *om. A A* || 29—30 lud.—ni (*om. propter homoeotel.*)
add. Lips., Me. || 30 lepido *L A A B A*: lapide *C A* || 31 inponit
(imp.) (*seq. o*) *L A A B A*: inponi *C A*.

OSCVLAVI. Titinius † ilarubra (155):

laudór quod osculávi privignaé caput.

EXPEDIBO, pro expediam. Plautus in Truculento (138): ||

ego expedíbo:

1

rem pérdidi apud vos.

Pacuvius Periboea (281):

mane, éxpedito. fác mihi contra quód rogo respóndear.

MANDVCATVR, pro manducat. Pomponius Pappo s
Agricola (99):

. nescioquí, aséllam urget quasi ásinus, uxorém tuam:
íta opertis oculís simitu mánducatur ác molit.

Lucilius Satyrarum lib. IV (41):

adsequitur neque opinantem, in caput insilit, ipsum
conmanducatur totum.

10

idem lib. XIV (13):

tum illud quid faciat quod manducamur in ore?

Afranius Fratriis (184):

facile mánducari quí potest?

MISERETVR, pro miseret. Turpilius Epiclero (55):

15

quam mátris nunc patris me miseretúr magis.

32 Osculavit *A A* || Insubra *Ribb.*: Ulubrana *Mommsen. de*
dial. Ital. inf. p. 319: Hilla rubra *Quich.*: Hilarula (Il.) (?) *Mu.* ||
1 ego *om. C A* || 4 fac *A A* (= *H¹*) *C A*: factum *L B A* || 6 sellam:
correxí || nescioquis molam (*Ribb.*) q. a. urg. *Luchs. (Herm.*
VI, 269) || 7 ita *om. A A* || simitu *Both.*: simul || manducantur *A A* ||
molet: *corr. Iun.* || 8—10 *cf. 478. 30* (s. v. conmanducatur);
81. 28 || 10 con (quod) manducatur *A A*: conmanducatum *L B A C A* ||
12 cum: *correxí* || num hilum quid satiat *Mu.* || 15 Misere
(-ret *C A*) pro miseretur *A A C A* (*seq. tur*) || 16 quom *Mu. post*
Both. || q. maris: *corr. A A* || tunc: *corr. Ald.*: tum *Both.*

Pacuvius Atalanta (353):

cepísti me istoc vérbo, miseretúr tui.

MVNERATVR, pro munerat. Turpilius Thrasy Leone (203):
20 dat últro ac munerátur quod ab illo abstulit.

RIXAT, pro rixatur. Varro *Armorum Iudicio* (43):
'illic viros hortari ut rixarent praeclari philosophi'. —
idem Serrano, *περὶ ἀρχαιροειῶν* (454):

dórmít alius. nímírum, vigilánt, clamant, calént, rixant.
25 idem de *Re Rustica* lib. I (15, 1): 'ne familiae rixen-
tur cum vicinis'.

ADIVTATVR, pro adiutat. Pacuvius Duloreste (157):
íllum quaero qui ádiutatur.

Afranius Inimicis (201):

hoc, óbsecro, igitur ágite et me adiutámini.

30 Lucilius lib. XXVII (29):

néc si paulo mínus usurast mágna adiutatús diu.

PIGNERARETVR, pro pigneraret. M. Tullius de *Republica*
lib. I (8): 'sed ut plurimas et maximas nostri animi,
1 ingeni, consili partis ipsa sibi || ad utilitatem suam
pigneraretur'.

MVRMVRARI, pro murmurare. Varro in *Εὖρεν ἡ λοπάς*
τὸ πῶμα, περὶ γεγραμμένων (166): 'ita uti soliti eramus

26—29 Adi.—adiutamini.

17—18 Atalanta. cepisti *Me.*: ad (at) accepisti || 18 istoc
verbo *Me.*: isto cum verbo (her.) || 19 Munerat pro muneratur
(-ra *L*¹) *L A A B A* (seq. tur) || 20 munerat: *corr. Both.* || 21 Rixa-
tur pro rixat *C A* || 22 pedari (pecl.?) *L¹ C A* || 24 vi. cl. nim. *Mu.* ||
uigilat *A A C A* || calant *A A* || 25 de rerum natura: *corr. Lips.* ||
II A A || rixent *ed. princ.* || 28 (amicis *H¹*) || 29 hoc *om. D A* ||
igitur *om. D A* || 31 usurast *Mu. post Corpetum*: usuras (*om. L¹*)
et || 1 ad] id || 2 in *secl. Mu.*

Romae in balneis, plodere coepimus et murmurari'. —
 Quadrigarius Annali lib. VIII (72): 'in eo loco populus 5
 murmurari coepit'. — Varro Papia Papae, *περὶ ἐγκωμίων*
 (380): 'hoc Graecis renuntiato, ut facile intellegeres nos
 ab îs amari, conmurmurantur αὐτοί'. — idem Virgula
 Divina (572): 'praesertim cum ventrem meum coher-
 ceam nec murmurari patiar'.

EXCALCEATVR, pro excalceat. Varro Pseudulo Apolline,
περὶ θεῶν διαγνώσεως (439): 'quod in eius dei templa 10
 calceati introeunt; nam in oppido quae est aedes Apollinis
 et quae ibi ad Herculis, ut introeat, nemo se excalciatur'.

NVTRITVR et NVTRICATVR, pro nutrit et nutritat. Varro
 Testamento, *περὶ διαθήκης* (542): 'e mea φιλοφρονίᾳ
 natis, quos Menippea haeresis nutritata est, tutores do 15
 «qui rem Romanam Latiumque augescere vultis». (Enn.
 Ann. 478.)

M. Tullius de Deorum Natura lib. II (86): 'omnium
 autem rerum, quae natura administrantur, seminator et
 sator et parens, ut ita dicam, atque educator et altor est
 mundus; omniaque, sicut membra et partis suas, nutri- 20
 catur et continet'. — Afranius Vopisco (401):
 nam nutricator oliva.

Lucilius lib. XXX (129):
 se nutricatum sane caput opprimit ipse.

4 Plod. (*nov. lemm.*) *L* || 5 Annalium *Mu.* || meo loco *A4*:
 eilico *Mu.* || 7 ab his || auto udem *CA*: auto idem *A4 B4* ||
 7—8 *discrīb. trim. iamb. (?) Mu.* || 8 praeser (*seq. cum*) *CA* ||
 patiatur: *corr. Iun.* || 11 quoque est *Mu.* || 12 sed quae ibi *A4* ||
 adque ibi hercules *Mu.* || excalciatur: -atur *Scal.* || 15 Menippea
Me.: menippe (*post pe ras. L*): Menippe (*?*) *Mu.* || est *Gifan.*:
 et || 16 augescere *Porphyr. ad Hor. Sat. I, 2. 37*: alciscere ||
 21 nam nutricatur (*ed. princ.*) * * * Vergilius Georg. lib. II
 (425): hoc pinguem et placitam paci nutritor olivam *Quich.* ||
 23 sensu (*supra u et infra ras. in L*) nitricatum *L A4 B4*:
 sensi nutricatum *CA*: *correxī* (*fuisse in archetypo se nitricatum*
credo) || sine *CA* (*cum G*).
 s. nu

VOLAM, pro velim. Lucilius lib. XXVIII (15):
 25 eidóla atque atomus v́ncere Epicurí volam.

Plautus in Asinaria (109):

“atque aúdin etiam?” — “écce.” — “siquid té volam.”

idem eadem (152):

méo modo loquar quae volam, quoniam íntus non licitum
 ést mihi.

30 CONMANDVCATVR. Lucilius lib. IV (41): ||

1 adsequitur nec opinantem, in caput insilit, ipsum
 conmanducatur totum complexa.

idem lib. XV (19):

vilicum Aristocratem, mediastrinum atque bubulcum
 5 conmanducatus corrúpit, ad incita adegít.

ESVRIBO, pro esuriam. Pomponius Augure (21):

“ímmo mane, non ésuribis díutius.” — “quaré roga.”

Novius Mortis et Vitae Iudicio (63):

ita vóbis otíósu' sum, mihi algébo et mi esuríbo?

10 FATISCVNTVR, pro fatiscunt. Accius Epinausimache (330):
 tamen haút fatiscar quín tuam inplorém fidem.

Varro Antiquitate Humana lib. XIV: ‘altera ita, altera
 vulneribus fatiscuntur’. — Pacuvius Duloreste (154):
 véreor, nisi numquám fatiscar fácere quod quibó boni.

25 et dola: *corr. Me. post Iun.* || *acomus LAACA* || 28—29
suppl. Ald., Me. una linea praetermissa erat in archetypo ||
 30—2 *cf.* 477. 8; 81. 28 (*s. v. comest*) || 2 *complexum codd.*
h. l.: complexa comestque codd. 81: *complexu' Mu.* || 3—5 *cf.*
 123. 26 (*s. v. incitas*); 143. 5 (*s. v. mediastrinos*) || 4 *meiastrinum*
codd. h. l. || 5 *c. ut corr. codd. h. l.* || 9 *mi esuribo ed. princ.:*
mihi servibo || 10—11 *cf.* 307. 10 || 11 *aut (ut CA)* || *fatiscam*
codd. h. l. || 12 *Antiquitatum Rerum humanarum Mu.* || *a. ita*
et a. B4: a. ita v. (om. alt.) Mu.: fort. ut a. ita a. || 13—14
cf. 307. 14 || 13 *accius codd. h. l.* || 14 *nisi n. codd.* 307: *si n.*
codd. h. l.: sin umquam Mu. || *quodquod codd. h. l.*

CONSCREABOR. Plautus in Persa (308):

15

“set quis hic ansatus ámbulat?” — “magnífice conscreábor.”

FRUTICARI, pro fruticare. Cicero ad Atticum lib. XV (IV, 2): ‘excisa enim est arbor, non evulsa: itaque quam fruticetur vides’.

EXUGEBO. Plautus in Epidico (188):

iam egó me vortam in hirúdinem atque eorum éxugebo 20
ságuinem.

COPVLANTVR, pro coniungunt. Plautus in Aulularia (116):

adeúnt, consistunt, cópulantur córpora.

INVENIBO, pro inveniam. Pomponius Buccone Adoptato (24):

saepe ádnuit,
ínvenibit saépe.

25

POENIVNTVR. M. Tullius Tuscularum lib. I (107): ‘tenendum est igitur nihil curandum esse post mortem, cum multi inimicos et mortuos puniuntur’.

SACRIFICANTVR, pro sacrificant. Varro || Antiquitatum 1
Rerum Divinarum lib. XIV (60): ‘biviris nuptis sacrificabantur in cubiculo viduae’. — sacrificari. Varro Manio (266): ‘non maledicere, pedem in focum non

1 — 3 Sacr. — cubiculo.

16 ansatus] conatus || 17 Fruticari pro fruticare *B*⁴ ||
19 — 20 cf. 102. 30 (s. v. exorbebo) || 20 convortam *codd.* 102
(cum *codd. Pl.*) || erundinem || horum *codd.* 102 || 21 — 22 *secl.*
Mu. cf. 476. 17 || 21 coniunguntur *L* || 22 corpora] dexteras
codd. 476 (cum *Pl.*) || 24 ambit *Both.* || 25 invenibit *ed. a.* 1471:
invenit || saepe adibit, ínvenibit saépe *Bue.* || 26 Poenitur *C*⁴ ||
27 (cum) — 28 cf. 471. 26 || 28 et] etiam *codd.* 471 (cum *codd.*
Cic.) || 2 biviris *Popma:* viris *L:* viri *rell.* || viri nuptiis *Merkel.* ||
3 sacr. *del. Quich.*

480 M.

inponere, sacrificari'. — idem Cato vel de liberis edu-
 5 candis (10): 'cum primo cibo et potione initiarent
 pueros, sacrificabantur ab edulibus Edusae, a potione
Potinae nutrici'.

DISCREPVIT, pro discrepavit. Cicero de Oratore lib.
 III (119): 'nihil sane ad rem pertinet, siqua in re
 discrepuit ab Antoni divisione'.

SPOLOR, pro spolio. Afranius Crimine (42):

10 quos inpune depopulatur, [et] despolatur dedecus.

Quadrigarius Annali (11): 'ita per sexennium vagati
 Apuliam atque agrum Campanum, quod is per militem
 licebat, expolabantur'.

VERECVNDATVR. M. Tullius in Hortensio (75): 'hi
 nostri amici verecundantur, capti splendore virtutis'.

15 CONVERTITVR, pro convertit. Plautus in Amphitryone
 (238):

séd fugam in sé tamén némo cónvértitúr.

RVMINATVR. Varro Sexagesi (505): 'erras, inquit,
 Marce, accusare † nos. ruminaris antiquitates'. — idem
 Bimarco (60): 'Odysiam enim Homeri ruminari in-
 cipis'.

4 ponere *CA* || 4—6 cf. 108. 16 (s. v. Edusam et Potinam) ||
 5 cum primoribus *codd. h. l.*: cum pro cibo *codd. 108* || et
codd. 108: de *codd. h. l.* || 6 ab idibus aedusae potione nutr.
codd. h. l. || nutricis (*i. e.* -ces) *Ries.* || 7—8 fort. secludend. (cf.
 'Non. Marc.' p. 25) || 8 sano *L*¹ || 9 pro spolor *LAACA* ||
 Spolor pro spolio *Both.* || 10 et *del. Both.* || dispolatur: de-
 spoliatur *Both.* || 11 Annalibus vel Annalium I *Mu.* || vagati
 lugati *L* || 12 Apuliam *Iun.*: ampolam || his] eius *Palmerius* ||
 expolabatur *LB*⁴: expoliabatur *AA*: spolabatur *CA*: spoliabatur
Peter || 13 -dantur *AA* || 17 Ruminatum (-tur *index marg. in*
BA [= *H*]) || 18 accusans n. *Quich.*: acc. noli n. *Bue.*: fort. a
 causa et re nostra || criminarius: *corr. Ald.*: ruminans *Bue.* ||
 -tem (?) *Mu.* 18—19 cf. 383. 30 || 19 incipes: (*corr. H*²).

PRECANTVR. Varro Eumenidibus (152): «ego mediana, Serapi, utar!» cotidie precantur. intellego recte scriptum esse Delphis: θεῶν ἡρα'.

MIRAS, pro miraris. Varro Eumenidibus (128): hospes, quid miras auro curare Serapim? quid? quasi non curat † tantidem Aristoteles.

idem eisdem (129):

25

ut ambos mira aut noli mirare † de me de eodem.

NOLITOTE, pro nolite. Sisenna Hist. lib. III (10): || 'nolitote mirari, quam desperata voluntate ad unam belli 1 faciendi viam'.

GLISCITVR, pro gliscit. Sempronius Asellio Historiarum lib. IV (4): 'ut maior invidia Lepido glisceretur'.

IGNESCITVR, pro ignescit. Laberius Colace (26): 5 figura humana inimici ardore ignescitur.

LVXVRIABAT, pro luxuriabatur. Tubero lib. XIV Hist. (10): 'pars omnis luxuriabat'. — Vergilius lib. III (Georg. 81): luxuriatque toris animosum pectus.

FOCILATVR. Varro de Vita Populi Romani lib. II: 10 'propter secundas sublato metu non in commune spectant, sed suum quisque diversi commodum focilatur'.

3 — 4 Gl.—gl.; 7 — 9 Lux.—toris.

20 Precantor (Prae.) *index marg. in B^A (= G)*: Precant Vahlen. || 20 — 21 m. a Serapi (Turneb.) adiuter Mu. || 21 Serapii Quich. || fort. tua utar || precant Vahlen. || scriptum tum e. C^A: inscr. e. (?) Mu. || theo hera: corr. Oehler. || 23 auro scripsi: animo (idem error 504. 5) || 24 quid] qui L¹ || tanti item Ribb. || fort. quid? quasi non non curat A. tantidem! || 25 i. eiusdem A⁴ B^A C^A || 26 deum me Ries. || de eodem del. Roeper. || fort. aut ambos mira aut noli deum me de eodem vel aut ambos mirare aut noli me de eodem || 27 N. p. n. secl. Quich. || 1 -re C^A || 2 vi. adplicemus animum (?) Mu. || 4 maio D^A || 8 hominis vel omnis C^A D^A: bonis Mu.: fort. omnibus vel omni re || Georg. lib. III Me.: lib. II (seq. 1) || 10. 12 Focillantur ed. a. 1471 (ita et infra) || 11 pr. res sec. Popma: pr. secunda Freinshemius || comuni: corr. Iun. || spectent A⁴ || 12 sum L¹ C^A || diversio C^A

EMVNGERENTVR. Varro Cato vel de liberis educandis
(27): 'eo consecuti corporis siccitatem, ut neque spuerent
15 neque emungerentur'.

LIBERTATEM VTI, pro uti libertate. Titinius Quinto (98):
item úti eum oportet libertatem, quí sapit.

Novius Zona (98):

atque facilitatem,
20 video, úteris vulgariam.

Lucilius Satyrarum lib. XIV (16):

quem metuas saepe, interdum quem utare libenter.

Sic POTIOR ILLAM REM, pro illa re potior. Terentius
Adelphis (cf. 876):

mille potior gaúdia.

25 Lucretius lib. III (1037):

adde Heliconiadum comites, quorum unus Homerus
sceptra potitus.

Naevius Lycurgo (34):

dic quó pacto eum potíti: pugnan án dolis?

30 Accius Phoenissis (590):

natús uti tute scéptrum potiretúr patris.

13—15 Em.—emungerentur.

13—15 cf. 395. 3 (s. v. siccum, firmum) || 14 eo se conse.
codd. 395 || ut D⁴: om. vell. || expuerent D⁴: spuerentur codd. 395,
fort. recte || 481. 16—482. 11 secl. Quich. (Introd. Lect. Non. Marc.,
p. 10) || 16 (pro lib. [om. uti] E¹ P) || 17 ita Both. || eum] cum C⁴ ||
18—20 cf. 488. 26 (s. v. vulgariam) || 20 v. haut ut. Ribb. ||
23 potior (alt.) secl. Mu. || 23—24 Ter. Ad. * * * mille Mu. ||
24 hic potitur gaudia Ter. || 26 helicaoniadum || munus L ex
corr. A⁴ C⁴ || 27 esceptra L C⁴: escreptra B⁴ || potitur: potius
codd. Lucr. || 29 pugna an: corr. Both. || 31 ut t.: virtute Fruter.,
Iun. || poteretur Guetius, Both.

Turpilius Lindia (146):

me vís potiri? fác, ego potiar quód volo.

Pacuvius Atalanta (56):

regi † ut memorabis nunc regnum pótitur transmissú patris. 35

Sic et OPVS EST ILLAM REM, pro illa re. || Plautus 1
Cistellaria (340):

malum aufer; bonum mihi opus est.

et in Captivis (164):

iam márítimi omnis milites opu' sún't tibi.

Lucretius lib. II (815):

5

scire licet nil principiis opus esse colores.

Sic et CALLET ILLAM REM, pro illa re. Pomponius
Pictoribus (118):

mírur ni haec Marsa ést: in colubras cáppet cantiúnculam.

Afranius Epistula (124):

quamquam ístaec malitiósa non tam cáleo,
tamen nó'n fefelli? †

10

32—33 post 482. 6: huc transposui ('Non. Marc.' p. 95) ||
33 portiri *L¹CA* || potiar *Ald.*: potior || 35 regi (reite *Mu.*) ut
memoravi, is nunc r. *Both.*: Tegiae memoravi nunc r. *Bue.*:
Tegiae nunc nemoralis r. *Ribb.* || 6 nihil in pr. || colore *codd.*
Lucr. || 7 re] ille *L¹CA* || 8 canticulam: corr. *Passerat.* ||
11 t. fefellit *Both.*: t. fefelli *Ribb.*: t. hunc (vel vos) fefelli *Bue.*